

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1925**

De Sancto Aido Episcopo Killariensi In Hibernia Commentarius Praevius

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](#)

A	Ni blodhfaider for an cloinn, acht go riarat <sup>27</sup> mo bhachaill.	Non subigetur ista gens, dum lituo meo oboediant (1).	VITA
	Meircce catha na cloinne mo bhacall go ffior-thoicche.	Vexillum gentis in acie meus (est) lituus cum vera gaza.	
	Nochan fedfedh catha a ccloch; beid a ratha go ro móir. Mor <sup>28</sup> .	Non valebunt, (o hostes,) vestrae cohortes felicissime illis succedet. » [illos subicere ; Magnum (2).]	

Conadh tathbeoughadh Eogain Sreibh meic Duach Galaiach, 7 toidhecht Maineach a hUiltaibh, 7 dilgen na nAitech-thuath (no Fer mBolcc <sup>29</sup>), 7 betha Grellain go nuice sin. Finis <sup>30</sup>.

<sup>27</sup> foisiot D; roisiot O'D.—<sup>28</sup> Coronide adiecta (cf. Comm. praev. num. 3) desinit D; desinit O'D. — <sup>29</sup> (no F. mB.) sup. lin. B. — <sup>30</sup> Coronidem codicis B vide Comm. praev. num. 2.

(1) Cf. Comm. praev. num. 15. — (2) Cf. supra, p. 181, annot. 4. — (3) De vectigalibus illis populis, supra, p. 491, annot. 2, 3 et 6.

Hucusque resurrectio Eoghani Sriabh filii *Epilogus.*  
Duachi Galach, et adventus Mainensium ex Ultonia, et destructio Tributariorum (3), nimur Ferbolgorum, et Vita Greallani. Finis.

B

E

## DE SANCTO AIDO

EPISCOPO KILLARIENSI IN HIBERNIA

### COMMENTARIUS PRAEVIOUS

Vitarum  
S. Aidi

1. Historiam Vitasque S. Aidi (1) episcopi Killariensis (2) ante paucos annos ita tractavit vir hagiographicorum Hiberniae monumentorum peritissimus Carolus Plummer (3), ut nobis iam satis sit eius placita referre (4). Pauca tantum quae ab instituto suo vir clarus aliena existimavit, pro nostro modulo supplebimus.

codices.

Vita I.

2. Nulla videtur servala esse S. Aidi Vita gadelicis conscripta (5). Vitae latinae tres super sunt, quas edimus (6). Harum primam exhibet unus (7) codex olim Salmanticensis (= S), dein Bollandianus, nunc bibliothecae Regiae Bruxelensis 7672-74, membraneus, binis columnis sacculus XIV exaratus (8). Inter Vitas sanctorum Hiberniae, fol. 108-109<sup>v</sup>, 119, 111, 113-114: Vita sancti Aidi filii Brice. Hanc opera Caroli De Smedt et Iosephi De Backer, decessorum nostrorum, typis mandatam in Actis Sanctorum Hiberniae ex codice Salmantensi, col. 332-359, e codice denuo inspecto recudimus.

(1) Nomen ab aliis aliter scriptum gadelicis: Aid, Aidi, Aed, Aedh, Aod, Aodh, Ead, Eadh, Ed, Edh, Eth, cet.; anglice non numquam recentioribus temporibus: Hugh; latine interdum legitur Odo et apud recentiores Hugo, sed ut plurimum huic illive gadelicis forma assunt scriptores Hiberni latinam terminacionem. Ex iis omnibus formis prisca est Aid, vetus Aed, recentius Aod, corruptae ceterae; aspiratae autem formae ceteris sunt recentiores. Ideo elegimus scriptiōnem Aid antiquorem verloremque. — (2) Ceall Áir, alias Ceall Fair, nunc parochia Killare, baroniae Rathconrath, comitatus Westmeath; ubi scribit COLGANUS, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 423, col. 2, annot. 31, tres fontes esse tresque ecclesias. Cf. infra, num. 20. — (3) *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. xxvi-xxviii. — (4) Attamen etiamnum lectu digna sunt quae scripsit G. T. STOKES, *St. Hugh of Rahue: his Church, his Life, and his Times*, in

3. Altera Vita in tribus codicibus legitur:  
R 1 = Codex Oxoniensis bibliothecae Bodleianae Rawlinson B. 45, membraneus, binis columnis saec. XIII ante medium, ut videtur d. v. Falconero Madan, exaratus. *Vitae sanctorum Hiberniae*. Fol. 97<sup>v</sup>-103: Vita sancti Aidi episcopi qui dicitur Aedh mac Brice.

R 2 = Codex Oxoniensis bibliothecae Bodleianae Rawlinson B. 505, membraneus, binis columnis saec. XIV ante med. e codice R 1 descriptus. *Vitae Sanctorum Hiberniae*. Fol. 149<sup>v</sup>-154: Vita sancti Aidi episcopi qui dicitur Aedh mac Brice.

F = Codex Dubliniensis bibliothecae Fratrum Minorum 33, chartaceus, anno 1627 e codice R 2 descriptus. *Vitae Sanctorum Hiberniae*. P. 165: Vita Sancti Aidi episcopi qui dicitur Aedh mac Brice.

Vitam hactenus ineditam, praeter aliquot sententias a d. v. C. Plummer vulgatas (9), exhibemus

Vita II.

The Journal of the Royal Society of Antiquaries of Ireland, t. XXVI (1896), p. 325-35. — (5) PLUMMER, t. c., p. xxvii; Id., *Bethada Náem nÉrenn*, t. I, p. xi. — (6) Vita I est BHL. 189; Vita II hactenus inedita; Vita III est BHL. 188. — (7) Etenim via operae pretium est annotare Vitam I ex ipso Salmantensi codice exscriptam legi et in cod. Regiae bibliothecae Bruxelensis 8936-8938, qui fuit unus e *Collectaneis Bollandianis*, fol. 212-229<sup>v</sup>: «ex ms. Hibernico Seminarj Salmant. Societatis Iesu.» Cf. I. VAN DEN GHEYN, Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque Royale de Belgique, t. V, p. 541, qui folia suo modo numerat 201-218. — (8) Codicum descriptiones a Plummer mutuus sumus, t. c., p. ix-xxii; cf. Id., *On two Collections of Latin Lives of Irish Saints in the Bodleian Library*, in Zeitschrift für celtische Philologie, t. V (1905), p. 429-54. — (9) *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. c., p. 34-45, in margine inferiore, e codicibus

A e codicibus R 1 et R 2 inter se collatis. Codicem F inspicere non est operae pretium.

Vita III. 4. Tertiam Vitam exhibent codices tres :

**M** = Codex Dubliniensis bibliothecae Marshiana Z. 3. I. 5, olim V. 3. 4, membraneus, saec. XV, ut videtur, ineunte, binis columnis exaratus. Vitae sanctorum Hiberniae. Fol. 134-135 bis : Vita sancti Edi episcopi et confessoris.

**T** = Codex Dubliniensis bibliothecae Collegii Sanctissimae Trinitatis E. 3. II, membraneus, eadem, ut videtur, aetate ac M binis columnis exaratus. Vitae sanctorum Hiberniae. Fol. 110<sup>v</sup> : Incipit Vita sancti Edi episcopi et confessoris.

**U** = Codex in biblioteca Collegii S. Patricii apud Maynuntiam, papyrus, saec. XVII parum fideliter descriptus ex antiquo codice membraneo qui fuerat Iacobi Usserii (1). Vitae Sanctorum Hiberniae. P. 171-75.

Vix non certum est e codice M hausisse Colganum hanc Vitam, quam in Actis Sanctorum Hiberniae typis integrum vulgavit, p. 418-22; idem etiam excerpta edidit in Triade Thaumaturga, p. 460, cap. xxxiii, et p. 605, cap. xix, xx. Nuper tandem summa diligentia Vita recusa est a Carolo Plummer, Vitae Sanctorum Hiberniae, t. I, p. 34-45, e codice M, codice T collato.

Codicem M denuo inspeximus alique cum codice T et Colgano contulimus (2); melius enim hoc exemplo perspicietur, Colgani editionibus quae fides debeatur. Codicem U negleximus, e quo ad criticam editionem nihil omnino utilitatis derivari posse arbitratur v. cl. Carolus Plummer (3). In codicibus M et T singula capita, non numeris, sed littera rubra distincta sunt; Plummeri distributionem in capitula recepimus.

Vitae tres inter se collatae.

Vitae tres S. Aidi, seu verius eiusdem Vitae tres recensiones, his fere verbis inter se confert v. d. C. Plummer (4). Is saepe est trium Vitarum consensus, ut omnes ex uno eodemque archetypo fluxisse putandae sint (5). Proxime ab hoc archetypo abest Vita I, longissime Vita III; Vita autem II multo similior est Vitae I quam Vitae III. In hac tertia Vita omissa sunt cap. 19, 21-23, 33, 36, 39, 42-44, 49, 51 integra, et partim cap. II et I3 Vitae I; capita I3, I5, I8 eiusdem Vitae I, quae aut offensioni esse poterant aut difficultati, recognovit scriptor Vitae III; nihil tamen addidit praeter primam sententiam cap. 6, quae in Vita I et II non legitur.

(1) Hunc ipsum codicem M fuisse, opinio est pro certa Caroli PLUMMER, *Miscellanea Hagiographica Hibernica*, p. 178. — (2) Nonnullos etiam locos in gratiam huius editionis inspexit v. d. Eduardus J. Gwynn, Collegii Sanctissimae Trinitatis Dubliniensis socius. — (3) Op. c., p. 178. — (4) *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. xxvii. — (5) Haec ille. Nihil tamen perspicimus cur non a Vita I fluxerint Vitae II et III. Sed peractus sit qui item diremerit. — (6) Cap. 11, 19, 36, 42. Quater etiam in Vita II, cap. 7, 14, 30, 36; semel tantum in Vita III, cap. 7. — (7) De gadelicia Vitis in latinum sermonem conversis vid. PLUMMER, t. c., p. xi, xxii, XLIII, LIX, LXXXVI. — (8) *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 423, annot. 26. — (9) Vita III, cap. 31. — (10) Cf. de illa Colgani sententia, quae adversum inter annotata ad Vitam I, cap. 46. — (11) Utrumque codicem nunc Rawlinsonianum (R1 et R2) ortum duxisse

Vita II a Vita I, praeterquam quod stilus omnino D retractatus est et ad homileticam rationem accommodatus, vix differt; nisi quod scriptor huius recensionis R more suo nomina passim expunxit, et totum cap. 18 omisit. Ipsa Vita I farrago videatur esse; quater enim eadem narratiuncula decantatur de S. Aidi curru per aera volante (6). Utrum autem antiquissima recensio latina fuerit an gadelica, haud facile decreveris (7). Vitae illius aetatem inde deducit Colganus (8), quod monasterium a Danis eversum anno 1089 ad sua usque tempora scriptor manere tradiderit (9). Id in sola Vita III legitur; cumque in prima alteraque Vita desideretur et eiusdem modi sit atque alia plura additamenta recensionis III (10), haud scio an indiligentiae potius quam vetustati ascriendum sit; nisi lamen altiunde probabitur illius recensionis III veneranda antiquitas.

6. Colganus autem hisce verbis suam sententiam de altera tertia Vita expressit: «Habemus et aliam huius sancti Vitam» (eam nempe quae nobis est Vita II, ut e sequentibus liqueat), «ex Codice Insulensi seu Insulae sanctorum (11), latini nomine quidem aliquot capitibus fusiorum, sed recentiori calamo exaratum; et quaedam admisctum de foetu in virginis cuiusdam utero exinanito (12) et de S. Brigida a dolore capitum per S. Aidum sanata (13), quae plus examinationis postularent quam apporlant utilitatis. Hanc ergo quam ex Codice Kilkennensi (14) saepius laudato damus, stilli et vetustate et simplicitate magis commendatam praeferendam duximus. Vetustatem indicant tum verba prisca, quibus uititur et hodie non sunt in usu, qualia sunt «regnavit Hiberniam» (15), id est rex; «culter» (16), id est vomer; «Christianitas» (17), id est fides Christi; «Scoticus» (18), id est hibernicus, et similia. Tum quia dicit aliqua monasteria Hiberniae suo tempore floruisse, quae a sexcentis ad minus vel septingentis annis non floruerunt et quorum hodie vix extant vestigia (19). Ponit etiam passim nominativum casum pro ablativo (ut vocant) absolute sumpto (20). Unde auctor huius Vitae videtur mihi prorsus idem qui et Vitae S. Maidoci, S. Canneci, S. Comgelli, S. Finnian, et aliorum plurimum in quibus similes reperiuntur locutiones (21).» Hucusque Colganus.

7. Stemma S. Aidi aetati qua vivisse fertur apte congruit. Legitur enim in Libro Lagenensi fuisse mac Brice meic Cormaic meic Crimthaind meic Fiachach meic Neill Nōighiallaich (22), id est filius Brecci (alias Breaci cet.), filii Cormaci,

De Vita  
II et III  
quid  
Colganus  
senserit.

S. Aidas  
qua stirpe  
ortus,

F

ex monasterio Inis na Naomh, seu Insulae Sanctorum, in Lough Ree, maxime probabilibus argumentis contendit v. d. C. PLUMMER, op. c., t. I, p. xx. — (12) Vita II, cap. 11. — (13) Ibid., cap. 13. Cf. infra num. 19 et 20. — (14) Ex hoc codice Vitam III exhibet Colganus. Vid. PLUMMER, t. c., pp. xxvi, XIII-XIV. — (15) Vita III, cap. 1. — (16) Ibid., cap. 4. — (17) Ibid., cap. 20. — (18) Ibid., cap. 5. — (19) Vid. quae annotamus ad cap. 31 et 32 Vitae I. — (20) Hoc e gadelica grammatica mutuatus est hagiographus, neque adeo insolitus est, vel in latinis litteris Hibernorum. — (21) Cum salis granulo haec accipienda sunt, ut idem recensor esse videatur. Num et scriptor archetypi Vitarum S. Aidi idem fuerit qui ea omnia monumenta litteris mandarit, nos ignorare fatemur. — (22) *The Book of Leinster*, p. 347, col. 2. Cui consentient Mariani glossator, infra num. 9, annotatione in marg. fol. 134<sup>r</sup> codicis M Vitae III, et filii

A filii Crimthandi, filii Fiachai, filii Niall Naomh ghiallach (*a novem obsidibus*). *Hic autem Hiberniam regebat exente quarto post Christum saeculo* (1). *Aidi vero nostri memoratur obitus in Annalibus Ultoniensibus anno 588 (recte 589)*: Quiescuit Aedha filii Bricc (2), et anno 594 (recte 595): Vel hoc anno quies episcopio Aedha mic Bric (3). Quippe incertus erat *vetus Annalium conscriptor utri anno sancti episcopi obitus inscribendus esset* (4). Eundem nuntiant ad annum 588 (recte 589, ut videtur) Annales qui Tigernachi nomine circumferuntur (5), *Chronicum Cluanense* (6), *Chronicon Scotorum* (7) et *Quattuor Magistri* (8); hinc projecto fluxit temporis nota quae in martyrologium Dungallense recepta est ad d. 10 novembris (9). *Usserius annum 589 accepit* (10), *Colganus annum 588 (11)*. Et de his quidem haec tenus; nolumus enim tragodiam movere de paucis annis, ubi Annales inter se vix discrepant.

Festum  
alii  
alio die  
indicunt,

8. Sed et de festo die S. Aidi quaesitum est (12). Testatur enim Colganus (13) de S. Aido agere «Martyrologium Salisburicense Richardi Whitingford» (14), *Martyrologium Tamhachtense et Martyrologium Dungallense ad 28 Februarii*; his adiciendum est «calendarium sanctorum Hiberniae Fitz-Simonis» (15). Verumtamen Dungallensis martyrologi neutralm exemplum (16) pridie kalendas martias S. Aidi meminit. Prudenter igitur scripserunt decessores nostri huius festum eo die indici in martyrologio Dungallensi «apud Colganum» (17). Neque Ricardus Whitingford hue adducendus erat; Aidus enim ille quem d. 28 februarii recepit (18), Fernensis est abbas, cuius dies obitus in Nova Legenda Anglie (19) aliaque eiusdem Vita (20), perperam scriptus est pri-

die kalendas martias pro pridie kalendas febrarias. Tamhachtense martyrologium auctorem projecto habuit Henricus FitzSimon, uti haberunt et Fasti illi, summa ceterum diligentia confecti, quos repperit ediditque Philippus O'Sullevanus Bearrus; in his enim pridie kalendas martias Aidus inscribitur (21). Quia vero de causa duo eiusdem sancti festa in Tamhachtensi calendario indicta sint (22) nondum resciscere potimus, neque fortassis tanti faciendum est (23). Alterum autem natale esse, alterum dedicationis cuiusdam seu translationis commemorationem, opinatur Carolus Plummer (24). Hoc certum est, summo recentiorum consensu, praecipuum S. Aidi festum illud esse quo quarto idus novembres agitur (25).

9. Die autem 10 novembris S. Aidi meminunt et Oengusius, Hibernorum heortologorum antiquissimus (26), et Marianus Gormanus (27), et calendarium Casselense (28), Drummondense (29), Dungallense (30). Mitto recentiores (31). Marianus

annotator haec S. Aidi nomini ascribit: Epscop, ó Chil Air i Midhe ocus ó Sliabh Liag i Tir Bóghaine in cCenel eConaill. Do Chenél Fhiachach mic Neill dó (32). Latine: Episcopus, de Ceall Air in Midia et de Sliabh Liag (seu anglica forma Slieve League) in Tir Bóghaine in (regione dicta) Cenél Conaill (33). De stirpe Fiachai filii Nialli erat (Aidus). Colganus e deperdito calendario Casselensi haec excerpti: S. Aidus filius Bricii de stirpe Fiachi filii Neill; mater autem eius erat de regione Muscraigethire (34). Colitur Killary, in occidentali Media, et in Sliebhlieg, in valle de Senghleann in Ultonia (35). Dungallensis martyrologii elegium infra referemus (36). Adde quod in codice R 2 alterius Vitae latinae S. Aidi manus saec. XVII annotavit, etiam tum d. 10 no-

*Genealogiae Regum et Sanctorum Hiberniae*, ed. WALSH, p. 56. Neque discrepat exordium Vitae III, quod S. Aidus «de nobiliori Hybernia genere, id est de semine Cuind Cetcaithaidh» ortum tradit; hic enim Condus éatarváuaoz unus est atavus Nialli, totius Hiberniae principis. Cf. annot. ad cap. 1 Vitae III. (1) De quo inter annotata ad cap. 1 Vitae I. Historiam gentis, e qua ortus est S. Aidus, ad recentiora usque tempora prosecutus est G. T. STOKES, t. c., p. 326, annot. 4, et p. 334-35. — (2) *Annals of Ulster*, t. I, ed. W. M. HENNESSY, p. 72. — (3) Ibid., p. 76. — (4) Id non raro accedit in Annalibus Ultoniensibus, quippe qui e diversis fontibus congesti sint. — (5) Ed. Wh. STOKES, in *Revue Celtique*, t. XVII (1896), p. 158. — (6) See *Annales de Clonmacnoise*; vid. COLGAN, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 423, col. 2, annot. 31. Eorum Annalium nullum servatum est exemplum; sed exstat anglica interpretatio, anno 1627 confecta, quam attulimus supra, p. 150, annot. 8. — (7) Ed. W. M. HENNESSY, p. 62. — (8) T. I, p. 212. Addi Annales e cod. Titus A. XXV, ed. A. M. FREEMAN, in *Revue Celtique*, t. XLI (1924), p. 321. — (9) Vid. infra Syllogen. — (10) *Britannicarum Ecclesiarum Antiquitates*, ed. 2, p. 533, col. 2. — (11) *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 832, col. 1: «588. S. Aidus sive Aedus filius Breci, Episcop. de Rath-aodha in Media obiit.» — (12) *Act. SS.*, Febr. t. III, p. 718 f. — (13) *Acta Sanctorum Hiberniae*, ibid. — (14) Novum pro rursus martyrologium finxit O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. II, p. 730, dum Salisburicense aliud esse opinatur a Ricardi Whitingford farragine. — (15) Ita *Act. SS.*, Febr. t. c., ibid. Sed Aidi nomen non legitim in exemplo typi mandato a Philippo O'SULLEVANO BEARRO, *Historiae Catholicae Hiberniae Compendium*, lib. IV, cap. xii; ed. 1, p. 49-54; ed. M. KELLY, p. 52-57. — (16) Vid. supra,

Novembris Tomus IV.

p. 305. — (17) *Act. SS.*, Febr. t. c., ibid. — (18) *The Martirology in Englysshe*, ed. F. PROCTER and E. S. DEWICK, p. 34. — (19) Ed. HORSTMAN, t. I, p. 22. — (20) PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. LXXVI. — (21) Op. c., lib. IV, cap. xi; ed. 1, p. 45; ed. M. KELLY, p. 49. — (22) Melius addideris: si quando indictum est. Totum enim mensem novembrem in exemplis quae supersunt excidisse dolemus. Propter diem nova editio prodibit quam parant dd. vv. H. J. LAWLER et R. I. BEST (*Henry Bradshaw Society*). — (23) Vid. tamen quae dubitanter continentis de duabus sanctis Aidis fortasse inter se commutatis, infra, num. 20, et de cognominibus, infra, num. 16. — (24) T. c., p. xxvi, annot. 4. — (25) *Act. SS.*, ibid. O'HANLON, op. c., t. II, p. 730; etsi hypothetae errore scriptum est 23 pro 28, Ib., op. c., t. VI, p. 611, annot. 1. Dubiu haeret COLGANUS, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 423, col. 2, annot. 31; sed d. 10 novembries se de eo acuturum pollicitus erat, op. c., p. 268, col. 2, annot. 9. — (26) Infra, in *Sylloge de sanctis qui in ultra Scotia coluntur*, num. 1. «Aengusius auctus» apud quem se S. Aidi nomen legisse scribit COLGANUS, op. c., ibid., nihil aliud est ac codex festilogi Oengusiani nunc Dublinii servatus in bibliotheca Fratrum Minorum. Eo usus est in sua editione Wh. STOKES, *Féilire Óengusso*; vid. p. XII-XIII. — (27) Ibid., num. 2. — (28) COLGAN, op. c., ibid. — (29) Infra, *Sylloge*, num. 3. — (30) Huius criticam editionem vid. ibid., num. 4. — (31) Ibid., num. 3; addi Fastos illos apud OSULLEVANUM BEARRUM, op. c., ed. 1, p. 48; ed. M. KELLY, p. 51, ubi perperam Eclius pro Edus scriptum esse advertimus, supra, p. 313. — (32) STOKES, *Féilire hái Gormáin*, p. 214. — (33) De Slieve League agemus infra, num. 17; de Killare, vid. supra, p. 495, annot. 2. — (34) Vid. infra, inter annotata ad cap. 1 Vitae I. — (35) COLGAN, l. c. — (36) *Sylloge*, num. 4.

63 -vembris

A membris eius cultum ad Slieve League (1) celeberrimum fuisse: Hic sanctissimus episcopus Aidus filius Brice colit <ur> ac apud Sliablieghe (sic) celebratur divinis sacrificiis et mu<ur> tifariis graciarum <act> ionibus decimo die mensis novembris (2). Antiquiore manu ad ipsius Vitae limen in eodem codice ascriptum est: 10 november. His omnibus accedit Colgani testimonium, qui refert suo tempore festa S. Aidi agi ad Slieve League IV idus novembris (3).

10. Aegre ferendum est excidisse totum mensem novembrem in exemplaribus quae supersunt martyrologii Tamhlachtensis; in quo uno cum Aidus pridie kalendas martias memoretur (4), operae prelum fuisse cernere num et quarto idus novembres iterum eset annuntiatus. Ut si nunc res habet, alterum diem natalem fuisse videri, alterum dedicationis cuiusdam seu translationis, iam advertimus (5). Quod si ita est, obiisse S. Aidus d. 10 novembres putandus est, uti expresse habent Annales Quattuor Magistrorum (6) et ipsius Vita III (7). Ceterae Vitae emtualiter diem conceptis verbis non indicant, etsi in natali S. Aidi erant paelegendae (8). Quod autem in altera recensione martyrologii Dungallensis ascriptum est diei 16 novembres: Aodh mac Bric de réir a bhethaileadh is anigh atá a fhéil, gé nach do réir na bfélereadh (9); latine: Aodh mac Bric, iuxta eius Vitam hodie est eius festum, sed non iuxta calendaria; nescio unde originem duxerit, nisi ex errore, quo quispiam 10 pro 16 legerit. Iam enim exposuitus, in Vitis latinis quid haberetur, et nusquam aut latinae alius aut gadelicae Vitae S. Aidi mentionem repperimus.

Vitarum  
S. Aidi  
personae.

11. Aetati qua vixisse S. Aidum ex Annalibus colligitur (10) non repugnat ea quae de plerique Vitae eius personis traduntur. Quod pertinet ad SS. Kiaranum Cluanensem († 549), Becc mac Dé († 553 vel 558), Lasreanum seu Molaiseum de Daingin Inis († 564 vel 571), regemque Diarmuidum mac Gearbaill († 565 vel 572), nulla quaestio oritur (11). Ipsi etiam Aido, uti Vitae omnes tradunt (12), superstes fuit S. Columba Hiensis († 597). Haud ita facile alia quaedam explanantur. Qui enim potuit Aidi viximus e puritia egressi fama sanctitatisque opinio tanta fuisse ut eum S. Brigida, Kildarensis, ul videtur, († cc. 525) ad capitilis dolores levandos invocaret (13)? Et alia narratio, quae in duabus Vitis S. Aidi legitur (14), de Evangeliorum codice caelitus demisso ad Brig-

(1) De quo cultu infra, num. 17. — (2) Fol. 152, in marg. dextero. — (3) Op. c., p. 423, col. 2, annot. 31. Vid. infra, num. 17. — (4) Supra, num. 8. — (5) Supra, num. 9. — (6) *Annals of the Four Masters*, ed. cit., t. 1, p. 212, ad annum 588 (recte 589). — (7) Cap. 36. — (8) Vita I, 52, ad calcem; Vita II, 46, ad calcem. — (9) *The Martyrology of Donegal*, ed. cit., p. 310. — (10) Supra, num. 7. — (11) Ea est d. v. Carolly PLUMMER sententia, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. xxviii. — (12) Vita I, 52; Vita II, 46; Vita III, 36. — (13) De S. Aidi in illis doloribus invocatione fusius infra agemus, num. 18-21. — (14) Vita I, 21; Vita II, 16. — (15) *Act. SS.*, Febr. t. I, p. 117, col. 1. Cf. PLUMMER, l. c. — (16) Infra, num. 18-20. — (17) De aetate illius Cainnechi, vid. J. LANIGAN, *An Ecclesiastical History of Ireland*, t. II, p. 188, annot. 19; p. 202, annot. 67. [James] GAMMACK, ap. W. SMITH and H. WACE, *Dictionary of Christian Biography*, t. I, p. 382. — (18) De quo A. P.

dam Aidoque tradito, difficultatem non minuit, D quam Bollandus noster senserat (15). Sed de his alias pluribus (16). Neque satis probabiliter nobis explicatum videtur, quo pacto multis annis iunior esse potuerit S. Aidus S. Cainnecho, abbat illo, si quid perspicimus, Achadhboensi, nato an. 516 vel 527 (17), et S. Brendano, abbat Birrensi, mortuo an. 571-573 (18); hos enim in sacris litteris occupatos et de rebus divinis colloquia miscentes casu in silvis offendisse traditur Aidus, etiam puer et porcis pascendis adductus (19). Neque facile credendum est non Achadhboensem illum praclarum abbatem hic significari, sed obscurum nescio quem Patricii discipulum (20). Tandem Momoniae regem illum et eius semine tres reges oritores praedixit Aidus (21), in census regiarum stirpium arbitratur Colganus fuisse Amhalghaidh filium Ennii, fratrem celebris illius Oengusii regis Momoniae cui S. Patricius, cum eum baptizaret, pedem cuspidi baculi transfixit (22). *Hic autem Oengus in paelio cecidit anno 490* (23); *Amhalghaidh ergo vix agere potuit cum Aido* E qui anno 589 defunctus est, eoque tanta iam auctoritate pollente ut a rege Nepotum Nialli Australium ad Momoniae regem de induciis faciundis legatus mitteretur. Riochus etiam ille sanctus quem adivisse tradidit Aidus (24), si re vera S. Patricii sororis fuit filius, vix tamdiu ad sexum saeculum superstes esse potuit; sed illa Riochi cum Patricio consanguinitas non immerito in quaestione vocata est (25). Colgano tamen haud improbable videtur S. Riochum, Patricii sororis filium, ad tempus Aidi supervixisse (26); ille scilicet centum annos amplius vivere Hibernum sanctum minime mirandum putabat, qui multo grandioribus numeris pridem fuerat assuefactus (27). Sed cum in Hibernia illis temporibus nullus census habitus sit, certa argumenta prorsus desunt quibus controversiam dirimamus.

12. De mentionibus S. Aidi quas in aliis hagiographicis scriptis repperimus, proxime agendum est. Et primo afferamus venerandae antiquitatis monumentum, Cathalogum ordinum sanctorum in Hybernia secundum diversa tempora, qui saeculo VIII videtur collectus esse. Etenim alius non est a praeclaro episcopo Killariensi Adeus ille, cuius nomen in altero sanctorum ordine legitur (28); huius autem ordinis sancti flouruisse circiter annos 540-600 ibidem traduntur.

S. Aidi  
mentions

F[ORBES], *Dictionary of Christian Biography*, t. c., p. 335, col. 1. — (19) Vita I, 2; II, 2; III, 2. — (20) De quo COLGAN, *Trias Thaumaturga*, p. 139, col. 1, cap. 70; p. 179, col. 2, annot. 128; p. 267, col. 1. O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. I, p. 409-410. J. G[AMMACK], l. c., col. 1. — (21) Vita I, 8-9; II et III, 5. — (22) *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 422, annot. 13. Vid. infra quae annotamus ad cap. 8-9 Vitae I. — (23) *Annals of Ulster*, t. I, ed. W. M. HENNESSY, p. 28, anno 489 (recte 490). — (24) Vita I, 45; II, 39; III, 31. — (25) J. H. TODD, *Leabar Imuinn. The Book of Hymns of the Ancient Church of Ireland* (Dublin 1855-69), p. 114-16 (*Irish Archaeological and Celtic Society*). Cf. PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. xxviii. — (26) Op. c., p. 268, col. 1, et ibid., col. 2, annot. 7. — (27) Quales sunt quos de S. Kiarano Saighirensi mox afferimus, num. 12. — (28) *Acta Sanctorum Hiberniae ex codice Salmanticensi*, ed. cit., col. 162.

Aidum

in variis  
scriptis  
hagiographicis,

Aidum etiam nostrum discipulis S. Finnianus Clonardensis abbatis annumerat Colganus (1). Neque obest quicquam quin re ipsa litteras dicerit Aidus in celeberrimis illis scholis S. Finnianus; hic enim anno 549 e vivis decessisse fertur (2). Verum etsi Colganus scribit se S. Finnianus discipulis annumerasse neminem praeter eos quos vel Vita ipsius Finnianus vel propria ipsorum Acta aliqua certa testimonio inter eos expressis nominibus collocant (3), tamen unde hunc Aidum piscaetus sit nondum comperimus (4). Quod autem in Vitis S. Kiarani de Saighir, Aidus quidam episcopus induxit (5), nos id extricare nolumus. Etenim, ut omnes, qui in Actis huius Kiarani comparent, Kiarani aequales quodam modo fierent, ipsius Kiarani vita ad ducentos, trecentos, quadragesimos annos ab hagiographis est deducta (6). Haud scio tamen an Aidus noster is fuerit Inducitur enim Aidus episcopus deprecans S. Kiaranum pro Dimma due seu, ut alii codices volunt, regulo, regionis Hua Fiachach (7).

B Hic autem Aidi Killariensis consanguineus erat, frater an patruus, incertum (8). Quae conjectura si vera est, erraverunt qui Aidum illum episcopum alium esse a Killariensi putaverunt (9).

in Vita  
S. Cainnechi,

13. Iamiam vidimus haud potuisse S. Cainnechum Achadhboensem multis annis S. Aido seniorem fuisse (10); aequalem potius credideris. Quod iactinet ad temporum rationem, nihil obici potest narratiunculae quam e Cainnechi Vita exprimeris. Huius tres supersunt recensiones, quas v. d. Carolus Plummer litteris S. M. R designavit (11); has tres idem ostendit ex uno fonte fluxisse, a quo proxime abest S. Hanus ergo recensionem typis mandare satius erit, ceterarum praecepit saltem varietatibus subiectis, quas e Plummeriana editione sumus mutuati (12): Alio autem tempore episcopus Aidus filius Brice exiit

ad regem Neill<sup>1</sup> (13) Colmanum Modicum filium D Dermicui (14), qui habitabat in Stagno Rosso<sup>2</sup> (15); eratque episcopus Aidus iuxta stagnum ieunans contra illum regem (16) pro causa sororis sue reli<gi>ose<sup>3</sup> (17), que apud regem in rapina deducta est<sup>4</sup>. Sanctus autem Kannechus compatiens episcopo perrexit in auxilium illius. Hoc audiens rex iussit suis servis<sup>5</sup> castella fortiter concludi et<sup>6</sup> rates diligenter abscondi, ne Kannechus in insulam iret<sup>7</sup>. Sed Dominus volens adiuvare sanctos suos ianuas<sup>8</sup> aperuit et ratem ex locis conclusis deduxit. Et in illa rate<sup>9</sup> Kannechus navigavit<sup>10</sup> in insulam et<sup>11</sup> illum regem superbum increpavit et predicavit<sup>12</sup> ei ne episcopum Aidum offendaret. Rex autem ambos despexit, sed Deus honorificavit eos. Nam<sup>13</sup> ille rex superbus sedens vidit currum igneum cum equis igneis et aurigam in eo terribilem, habentem in manu gladium fulgoreum<sup>14</sup>, ab orientali parte venientem per campum trans stagnum in insulam celeriter<sup>15</sup>; et percussit et percutiens regem ac pene in<sup>16</sup> duas partes divisisset<sup>17</sup> eum, nisi Kannechus<sup>18</sup> cum suo baculo prohibueret; et statim rex<sup>19</sup> mortuus est. Tunc Kannechus<sup>20</sup> oravit Deum et regem suscitavit. Rex autem

<sup>1</sup> (regem N.) regem Hua Neill M. — <sup>2</sup> (in s. R.) in stagni insula Ros M.; apud Loch Rossa R. — <sup>3</sup> reliose S; religiose M. — <sup>4</sup> (que - est) que ad regem in rapinam erat, ut daretur viro M. — <sup>5</sup> sui add. S sed del. — <sup>6</sup> (suis servis - concludi) et om. M.; (castella f. c. et) municipium suum obfirmari et R. — <sup>7</sup> (ne - iret) ne sancti insulam intrarunt M. — <sup>8</sup> ianuam insule M. — <sup>9</sup> nocte S. — <sup>10</sup> (et navigavit) et viri sancti in illa rate navigaverunt M. — <sup>11</sup> sanctus Cainnechus add. M. — <sup>12</sup> precepit M. — <sup>13</sup> statim add. M. — <sup>14</sup> fuloreum prius S. — <sup>15</sup> om. M. — <sup>16</sup> modo prius S. — <sup>17</sup> sic in marg. corr.; in textu divisit del. S. — <sup>18</sup> Kannechii prius S. — <sup>19</sup> (et percussit - rex) et percutiens celeriter ante omnes regem statim M. — <sup>20</sup> rogatus a regina et ab omnibus add. M.

(1) « S. Aidanum filium Breici episcopum (cuius Vitam habes 28 Febr.) », *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 405, col. 2. — (2) *Annals of Ulster*, t. I, ed. cit., p. 50, anno 548 (recte 549). — (3) *COLGAN*, I. c., col. 1. — (4) Alter omnino de educatione S. Aidi Vita I, cap. 3-7, 19, et loci parallelli. — (5) *BHL*. 4657, ap. *COLGANUM*, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 459, col. 2, cap. XII, initio; ap. *PLUMMER*, *Vita Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. 221, cap. IX, ad calcem. In ceteris Vitis latinis, *BHL*. 4658 et 4659, et in prima Vita gadelica, ap. *PLUMMER*, *Bethada Ndem nErenn*, t. I, p. 105, cap. VIII, § 15, episcopus ille non memoratur, nedum Aidi nominis mentio fiat; sed altera gadelica versio cum *BHL*. 4657 consentit, ap. *PLUMMER*, t. c., p. 116, cap. VII, § 22. Tertia tandem Vita gadelica e *BHL*. 4657 in hibernicū sermonem versa est; quam edidit primus S. H. O'GRADY, *Sitba Gadelicu*, t. I, p. 5-6, dein D. B. MULCAHY, *Beatha Naoimh Chiaráin Saighe. Life of S. Kiaran (the Elder) of Seir* (Dublin, 1895), p. 9, cap. VIII. — (6) *PLUMMER*, *Vita Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. lxxii, cum annot. 5. — (7) Id., t. c., p. 220, cap. VIII, cum annot. 9. — (8) J. F. SHEARMAN, *Loca Patrieiana*, p. 296. — (9) Cf. O'HANLON, op. c., t. V, p. 592, annot. 26; *COLGAN*, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 464, col. 2, annot. 20; Id., *Trias Thaumaturga*, p. 268, col. 2. — (10) Supra, num. 11. — (11) T. c., p. xliv. — (12) T. c., p. 162-63. Locum edimus e codice Salmanticensi denuo inspecto, fol. 115, col. 2-115v, col. 2; legitur iam apud C. DE SMEDT et

I. DE BACKER, *Acta Sanctorum Hiberniae ex codice Salmanticensi*, col. 376-77. — (13) Hic genitivus est nominis Niall; intellege regem Neapotum Niali Australium. Cf. infra, annot. ad cap. I Vitae I. — (14) Colmanus Beag, id enim gadelicus est Colmanus Modicus, filius Diarmaidi, obiit F anno 587 vel 593. *PLUMMER*, t. c., p. XLV. — (15) In Midia, ut videtur, Id., op. c., t. II, p. 339, col. 1, i. v. Ros, Rosso Stagnum; quod pro Loch Rossa scriptum arbitratur. Equidem haud scio an Stagnum Rossum latine fecerit hagiographus gadelicus nomen Loch Ruadh, nunc Lough Roe, in confinio parochiarum Rahan et Kilbride, baroniariisque Ballycowan et Kilcoursey, in King's County. Cf. HOGAN, *Onomasicon Goedelicum*, p. 503, col. 2, i. v. Loch Rosso. Sed adeo parvum hodie est Lough Roe ut maxime dubitanter hoc coniciam. — (16) De eius modi ieiuniis, *PLUMMER*, op. c., t. I, p. cxx-cxxi. — (17) Salmanticensis codicis librarium, dum « religiose » scribit, phoneticie, ut aiunt, scribere putat *PLUMMER*, op. c., t. II, p. 384, col. 1, i. v. religiosa. Equidem haud scio an calami lapsum ita in animo excusaverit quasi proprium nomen id fuisset, Reliose; qua sententia est decessorum nostrorum C. DE SMEDT et I. DE BACKER, op. c., col. 376, annot. 8, et col. 971, i. v. Reliosa (?). Sed profecto e parallelis locis librarium corrigamus oportet. Docto, tamen viro C. Plummer non assentimur, qui religiosam putat hic pro nomine haberet, quasi sanctimoniale diceres. Probabilis videtur significare voluisse hagiographus sororem illam S. Aidi fuisse non quadam sanguine, sed spiritu; non carnalem, sed religiosam, id est spiritualem. Quod si ita est, iam nomen hoc non est, neque proprium neque commune, sed adiectiva vox.

Colmanus

A Colmanus a morte suscitatus gratias egit, et omne quodcumque ei Kannechus diceret facere promisit, et sororem<sup>21</sup> episcopi raptam reliquit<sup>22</sup>, et sancto Kannecho locum obtulit, et in illo loco Kannechus<sup>23</sup> habitavit<sup>24</sup>.

<sup>21</sup> Edi add. M. — <sup>22</sup> reddidit M. — <sup>23</sup> ad tempus add. R. — <sup>24</sup> (sancto - hab.) alia bona opera fecit. Et tunc omnes leti erant, gratias Deo agentes M.

Mirum quam similis haec narratiuncula ceteris capti vorum capti varumque liberationibus quaerit. S. Aido plurimae ascribuntur in eius Vitis (1), ubi tamen his locis S. Cainnechus non compareat. Sed Hibernis hagiographis solitum est aliorum sanctorum nomina delere ut ille, cuius gesta per sequuntur, in solitudine magis splendescere videatur.

in Vita  
S. Ruadani,

B 14. Et inter gesta S. Ruadani, qui sexto saeculo vivebat (2), Aidi nostri persona inducitur. Eius tamen modi haec narratiuncula est, ut Papebrochius noster eam referre veritus sit (3); nostra autem aetate, postquam tot Hiberniarum sanctorum Acta vulgata sunt nostris auribus non multo accommodatoria, haec nihil habebit offensionis, ita quidem qui hibernicas litteras non prorsus ignoraverint. S. Ruadani tres sunt Vitae latinae, seu potius eiusdem Vitae recensiones tres, quas itisdem ferme litteris Carolus Plummer trifariam discrevit ac Vitae S. Cainnechi (4): BHL. 7349 a = S; BHL. 7349 b = MT; BHL. 7350 = R (5). Accedunt Vitae gadelicæ duae (6), altera in codice Bruxellensi 4190-4200 (= Br<sup>1</sup>), altera in codice olim Stowensi, nunc Dubliniensi Regiae Academias Hibernicæ A. 4. I (= St). Adde eandem narratiunculam (7) e codice Bruxellensi 2324-2340, fol. 161 (= Br<sup>2</sup>). E Salmanticensi codice fabulam sumimus, celerorum praecipuis saltem varietatibus adiectis e Plummeri editionibus (8): Fuit vir quidam pessimus in finibus nepotum Neill<sup>1</sup> (9), nomine Odo Egmech<sup>2</sup>, qui suum agrum sancto Odoni episcopo filio Brice<sup>3</sup> obtulit, et ipse celi regnum viro illi viceps promisit<sup>4</sup>. Postea autem, cum ipse vir pessimus mortuus esset, sanctus Odo episcopus<sup>5</sup> pro anima illius<sup>6</sup> contra demones in aere pugnabat. Cumque demones superare eum et virum ab eo portare cepissent<sup>7</sup>, sanctum Ruodanum et Columbam Kyll<sup>8</sup> in suum vocavit auxilium. Qui cum venissent ad eum, viciis demonibus, virum portaverunt in regnum celorum<sup>9</sup> (10).

<sup>1</sup> (in - Neill) ita S, R, Br<sup>1</sup>, Br<sup>2</sup>, St.; in regione Midhi MT. — <sup>2</sup> quod sonat Odo clamosus add. R; Ficinctach (*innocens*) Br<sup>1</sup>; Engach (*clamosus*) Br<sup>2</sup>, St.; (nomine O. E.) Eighmech M, Egmach T. — <sup>3</sup> (O. e. f. B.) episcopo Aedo filio Brich ceteri

ferere codd. — <sup>4</sup> (et ipse - promisit) ut sanctus pro D eo ad Deum oraret R. — <sup>5</sup> correctum ex episcopo S. — <sup>6</sup> (postea - illius) postea ille homo mortuus est et demones eum secum rapuerunt. Sanctus autem episcopus Aedus, volens completere quod promisit in Deo, rogavit Christum pro anima eius MT, et fere Br<sup>1</sup>, Br<sup>2</sup>, St. — <sup>7</sup> eo quod hominis peccata plus ponderabant quam bona facta add. R. — <sup>8</sup> (et C. K.) de S. Columba mentio non est in Br<sup>2</sup>, St. — <sup>9</sup> (qui cum celorum) sancti autem spiritualiter longe audiebant eum, et venerant ciecius ad eum simili modo quo ipse exivit; et illico superaverunt demones et animam predicti hominis ad requiem deduxerunt. Misterium autem eius rei omnipotens Deus et ipsi sancti sciuntur MT.

Quae sequuntur ad S. Aidum non pertinent et, quod Hibernis ceterisque hagiographis non insolum est, aliter de aliis etiam sanctis narrantur (11). Simile quiddam legimus et in Vitis S. Aidi (12), de viro quodam divite et plebeo cui caelum pro agro domoque repromisit episcopus; sed istis inititis finis male respondet. Attamen, cum locus, postea a S. Aido ecclesia insignitus et praeclaro monasterio, dictus sit non Cella Aidi aut Templum E Aidi aut aliud quid eius modi, sed Arx Aidi, gadelice Raith Aodha, hodie Rathugh (13), haud scio an nomen duxerit non a S. Aido, sed a primo suo domino, qui illuc aedificaverat Arcem sive Castellum Aidi; Odonem enim pro Aido non numquam scribi iam notavimus (14). Quicquid id est, certe postea vicus dictus fuit Raith Aedho mic Brice (15).

15. Ex his appareat quaedam aptissime congruere cum aetate S. Aidi ex Annalibus desumpta, quae dam non parum abhorrente. Ut cumque se res habet, nostra medicina parum proderit: nihil enim, ut plurimum, habetur temporum aetatumque ratio in hagiographicis illis scriptis hibernicis, de quibus recolere iuvat aurea illa monita I. B. Fonsoni, successoris nostri: «Primum est, Hibernorum sanctorum Acta passim dubiae esse fidei et a scriptoribus minime accuratis ac aetate longe posterioribus conscripta. Alterum est, in itisdem frequentem occurre rerum simillimarum narrationem, quas variis sanctis adscribunt, ita ut nescias cui tuto adscribi possint (16).» F

16. De sanctis huic Aido cognominibus pauca tantum attingemus; ea enim est Killariensis cognomina. Aidi fama ut ab istis nihil timuerit, sed potius, si quid in densis tenebris conjectura assequi licet, aliena laude aucta sit. Tres autem supra triginta, hypocritis variis lectos, memorial uno in loco Colganus (17). Idem etiam alibi scribit «eodem tempore eodem loco» ac filium Breci, «nempe in Media, et ex eadem O Nellarum familia» ortos, floruisse «plures sanctos hutius nominis; ut Aedus magnus; Aedus parvus, seu iunior, filius (18)

Australium; vid. infra, annot. ad cap. 1 Vitae I. — (10) Haec e Salmanticensi codice denuo inspecto, fol. 108, col. 1-2; locus iam editus a DE SMEDT et DE BACKER, op. c., col. 330-31. — (11) PLUMMER, *Bethada Náem nÉrenn*, t. II, p. 363, annot. ad §§ 55-58; Id., *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. 160, et locis allatis ibidem, annot. 5. Cf. infra, num. 15. — (12) Vita I, 48; II, 42; III, 34. — (13) De quo loco infra, in annot. ad cap. 48 Vitae I. — (14) Supra, p. 495, annot. 1. — (15) Infra inter annot. ad cap. 48 Vitae I. — (16) Act. SS., Oct. t. V, p. 643 f. — (17) *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 210 (recte 220) - 221. — (18) Fili, COLGANUS. Stemma corriximus e

Fergusii

A Fergusii filii Fethlimii filii Laogarii regis Hiberniac filii Nelli Magni ; Aedus filius Guarii, nepotis eiusdem Laogarii ; et Aedus candidus filius Lugaditi, de stirpe Colmanni Crimthainn filii Nelli. Qui omnes sanctitatis opinione floruerunt in Media eodem tempore ; sicut et in vicinia S. Aedus ex rege Lagenias episcopus Kildarensis, qui obiit anno 638 (1). »

S. Aidus ubi vixerit. 17. De singulis locorum nominibus quae in Actis S. Aidi occurunt, inter annotata dicemus breviter. Hic universum notandum est, illum se maxime continuisse in Midia, seu pressius in finibus australium Nepotum Niali (2), a quibus paterna gentis originem trahebat ; pro fratre seu patro, tum ipsius propinquiorum familiae agros regente, quo pacto intercessor extisset, iam vidimus (3). Et in Momonia vixit, maternae tribus sede, et in Connacia et in Lagenia (4). Qua vero de causa perrexerit ad Sliue League, in comitatu Dungallensi, ipsum Carolum Plummer adhuc fugit (5), nisi forte huc spectel aliqua

Colitur in Sliue League. B ex eius Actis narratiuncula (6). Igitur, quoniam nulla aptior erit opportunitas dicendi de vestigiis cultus S. Aido exhibiti in Dungallensi illo promuntorio, hic quae potius reperi, colligemus de Sliue League, in parochia Glencolumkille, baronia Banagh. Ea est hodiernus anglicanaque forma nominis gadelici Sliabh Liag, alias Sliabh Liacc seu Sliabh Llac, quod antiqui scriptores latine vertierunt Lapidis seu Lapidum Montem (7). Hic autem mons ex Oceano praeruptus assurgit ad duo fere pedum milia, negre forte splendoribus illus est in Britanicis insulis (8). Inde Hiberni navigantes se in Terram Promissionis Beatorumque Insulas peruenturos olim sperabant (9). Mille circiter passibus a montis vertice absunt fontes duo et parietinae sacelli (10), inter ingentes lapides in vasta solitudine. Fons alter S. Aido sacer est, cui et sacellum dicatum erat (11). Huius descriptionem et imaginem apud Iohannem O'Hanlon reperies (12) ; cellae vestigia quaedam prope sa-

cellum visuntur (13). Sancti nomen rustici homines efferunt Aodh na Bríne, Aodh Mhac Briacna, vel Breacan, Hughy Breaky, Hugh Mac Bracan, Bricknia (14). Ibi cultum esse S. Aidum testatur annotatio saeculi XVII in codice R 2 Vitae II S. Aidi, quam attulimus (15), et Colgani haec verba : « Colitur in... Slieb-lieg in Tirconallia, ubi capella ipsi sacra et solemnis peregrinatio (16). » Adde huius loci mentionem in pluribus antiquis calendariis, ubi de S. Aido (17). Ineunte, ut videtur, saeculo XIX vel vergente XVIII, nondum desiderat peregrinorum frequentia qui voti vel pietatis causa illuc adire solebant (18). Id autem quo anni die tunc fieri solitum sit, auctores rescivisse non videntur ; sed concire licet d. 10 novembri servatum esse, quem Colganus expresse indicat (19). Hodie sacra loca nondum deseruit frequentia peregrinorum, etsi pristina illa pompa iamdudum conquevit. Vestigia eorum qui locum sacram visitarant repperit Iohannes O'Hanlon anno 1868, mense iulio (20) ; certi etiam erant lapides quos preces mittentes obire solebant ; ter e fonte sacro bibebant aquam (21). Fama est in eadem regione, eo tempore quo S. Aidus in vertice Sliue League monasterium condideret, S. Columbam Hiensem haud procul inde sedem habuisse, in loco cui nomen indidit Glencolumkille, seu Vallis S. Columbae (22). Neque hoc temporum rationi repugnat (23).

18. Cur S. Aidus a capite dolentibus invocari potissimum solitus sit, omnes eius Vitae fuse exponunt (24) ; fertur enim homini aegro illud malum precibus suis ademisse et in se excepsisse (25). Quam antiquitus illius doloris curatio a S. Aido peti coepit sit, ostendit scilicet narratiuncula, quae in prima alteraque eius Vita (26) proxime sequitur, de S. Brigida idem beneficium a S. Aido adepta. Brigidam quidem capitidis dolore curatam narrant nonnullae huius virginis Vitae, latine BHL. 1455 (27), 1456 (28), 1461 (29), gadlice Vita e Libro Lismoriensi (30) et fragmentum

Quomodo  
Brigidam  
capitis  
dolore  
curaverit.

C Genealogiis Regum et Sanctorum Hiberniae, ed. Paul WALSH, p. 49, num. 2. — (1) Op. c., p. 412, annot. 2. — (2) De quibus infra, inter annotata ad cap. 1 Vitae I. — (3) Supra, num. 12. — (4) Haec et Plummeriana commentatione sumus mutuati, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. xxvii, cum annot. 2. — (5) Coniecit G. T. STOKES, in *The Journal of the Royal Society of Antiquaries of Ireland*, t. XXVI (1896), p. 330, consilio et auctoritate S. Molaissei de Daimh Inis inducunt esse S. Aidum ut in ultimas illas Hiberniae partes secederet, haud scio an fidei spargendae causa. Is enim est Molaisseus qui S. Columbam Hiensem hortatus est ut apostolicum vivendum imitaretur et in Scotiā, quae nunc dicitur, contendere. Adde eo tempore resedit se Columbam haud procul a Sliue League ; qua de re mox dicemus. S. Aidum visisse S. Molaisseum tradit Vita I, cap. 47 ; adhuc annotata nostra ad hunc locum, locosque parallelos. — (6) Vita I, 16 ; Vita II et III, 12, sed in Vita III aliter res narratur. Fusius inter annotata ad Vitae I cap. 16. Cf. annotata nostra ad Vitae I cap. 15 et 33, et ipsius Plummeri conjecturam, quam ibidem afferimus, de Druim Áird in comitatu Dungallensi sito, immo in eadem baronia Banagh. — (7) PLUMMER, op. c., t. II, p. 332, col. 2, i. v. Lapidis, Lapidum Mons. — (8) Huius imaginem expo- nunt *The Parliamentary Gazetteer of Ireland*, t. III (Dublin, London and Edinburgh, 1846), p. 254, col. 1; O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. II, p. 731-33. — (9) Vid. PLUMMER,

op. c., t. I, p. CLXXXIII, annot. 3, et t. II, p. 237-238 cum annot. — (10) *Ordnance Survey of Ireland* (One Inch), fol. 22. — (11) O'HANLON, t. c., p. 732 ; de altero S. Aidi sacello haud procul, vid. infra, annot. ad Vitae I cap. 15-16. — (12) Ibid. — (13) Ibid., p. 732-33. — (14) Ibid., p. 731-32, et p. 732, annot. 16. — (15) Supra, num. 9. — (16) *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 423, annot. 31. — (17) Supra, num. 9, et infra in syloge de sanctis qui in utraque Scotia colluntur. — (18) Litterae Iohannis O'DONOVAN, datae in Kill Chartaigh (hodie Kilcar parochia, in baronia Banagh), d. 20 octobris 1835, inter *Letters containing Information relative to the Antiquities of the County of Donegal collected during the progress of the Ordnance Survey in 1835*, p. 216-17, ap. O'HANLON, l. c. — (19) L. c. — (20) T. c., p. 733. — (21) Ibid. — (22) T. c., p. 732. — (23) Cf. supra, num. 11, et infra, annotata ad cap. 52 Vitae I. — (24) Vita I, cap. 17 ; Vitae II et III, cap. 13. — (25) Immo vero, ad haec usque tempora viget nos invocandi S. Aidi ut morbum illum levet ; vid. infra, annotata ad cap. 1 Vitae I. — (26) In tertia Vita, suppresso Brigida nomine, inducitur « quedam sancta virgo ». — (27) *Act. SS.*, Febr. t. I, p. 121. — (28) COLGAN, *Trias Thaumaturga*, p. 529, col. 2, cap. 27-28. — (29) COLGAN, op. c., p. 578-79 ; *Act. SS.*, t. c., p. 182-83 ; *Acta Sanctorum Hiberniae ex codice Salmanticensi*, col. 58-60. — (30) WH. STOKES, *Lives of Saints from the Book of Lismore*, p. 41-42, lin. 1383-1393.

e codice

A e codice Rawlinson B. 512 (1). Hunc locum hactenus ineditum et ceteris fusiorem ex apographo typis mandamus quod ad nos pro sua humanitate transmisit v. cl. Carolus Plummer. In gadelicis vocibus nihil omnino immutavimus; latinas vero sententias, quae hic illuc interspersas sunt, adeo barbare et inquinate librarius excrisperat ut pleraque ad rectam scripturam silentio restituenda fuerint. Ba trom for Brigit ind inbuith eterdi Chaisc la cen <n>-galar. « Ni bae són, » ar Mel. « In tan rigmai ni do aithrius ar cethchoggba <la> la firu Tethbae, regaid Brigit lenn cona ingenaib; ata lieg amrai la firu Midi i. Aed mac Brie, dogeñai do <fh> repaid siu. » (Latine: Inter dominicam Resurrectionis et dominicam in Albis capite doluit Brígida. « Hoc aliter se habeat oportet, » ait Mel (2); « quando ibimus ad visendam primam ecclesiam a nobis erectam in Fir Tethba (3), veniet nobiscum Brígida cum suis virginibus; est inter homines Midiae medicus mirabilis. Aed mac Brie qui tibi medebitur. ») Hoc loco latine narratur ut sanaverit Brígida virgines duas omnibus membris caplas et aquam in cerevisiam immutaverit; quae cum ad rem non pertineant omittimus. Dia 1 Iúain mún-chase iarom luid Brigit ina carput, 7 a ingena ina coemtecht, 7 an da epscop Mel 7 Melcu, in Cämpum Midi docum lego; 7 co indicis iarom in Cämpum Tethbae ad aithrius luie boe and do Mel 7 do Melcoin. (Latine: Postridie dominicae in Albis profecta est Brígida in suo curru, comitantibus virginibus suis et duobus episcopis Mel et Melcu (4), in campum Midiae (5) ad medicum; ut postea tenderent in campum Tethba ad visendum locum qui ad Mel et Melcu pertinebat.) Tertiaque feria in nocte ad domum devertunt Laginensis cuiusdam viri de Nepotibus Briuin Eolaig (6). Ille eos suscepit, et respiciens benigne pavit sanctam Brigitam cum episcopis. Arces an fer maith hisin, 7 a atihech tige. (Latine: Conquestus est bonus ille vir et uxor eius apud Brigidam.) Uxor inquit: « Quotquot genui defuncti sunt, praeter duas filias, quae et ipsae mutatae sunt a die nativitatis. » Illa vadit ad vadum Firgoirt (7). Sancta cadit Brígita in medio vado nescio qua causa parentes... <sup>2</sup> illisumque lapidi sanctum in vertice vulneratum <est> caput, aquasque cum sanguine cruentavit largiter perfuso. Sanctaque Brígita ad alteram locuta est mutam filiam: « Aquam sanguine permixtam circumfunde tuo collo in nomine Dei. » Et sic fecit. Et illa dixit: « Sanasti me; gratias ago Deo. » « Gair do stáir, » ar Brigit frisin ingin sláin. « Tairle, a fiur, » ol si. « Veniam dano, » ar a setig. « Am slan cia thiasius<sup>3</sup>; ru slechtus i neis in charpuit; am slan iarom. » Argib tra, » ar Brigit frisind ingin. « da fer tig <c>; 7 a

nadrubalt duib d' <sh> oer-clandaib, co mbe- D rid in lin cetna iterum. » Batir falti <g> issudu. (Haec valde incondita sunt et depravata; dubie verti possunt: « Voca sororem tuam, » ait Brígida puellae quae sanata fuerat. « Veniat, » ait, « soror eius. » « Quae si res ita se habent, veniam, » ait socia eius. « Etsi venio, sanata sum. Mi prostravi post currum et exinde sanata sum. » Dixit Brígida mulieri: « Accipe virum tuum; et quot liberi vestri ingenui mortui sunt, totidem denuo procreabitis. » Qua de re gavisi sunt.) Et lapis ille memorabilis saepe sanat plures. Nach cend co cend-galar suidigthir do, is <s> lan sudintai huath. Is andsin corrancatar frisin suid liag, fri Aed mac Brie, ar <sup>4</sup> ind epscop. Cend na noeb ingine tetigit. (Latine: Quodcumque caput dolens ad illum (lapidem) applicatur, sanum inde retrahitur. Tunc perverserunt ad peritum medicum, Aed mac Brie episcopum. Caput sanctae virginis tetigit.) Et talibus verbis virginem compellat: « A medico tacta est tui, virgo, vena capit is, qui me est melior satis. » E

<sup>1</sup> Fol. 33, col. 1. — <sup>2</sup> Locus in codice indistinctus; an leg. patrante? Sequuntur tres quattuor litterae quae legi non potuerunt. Conicere licet pavisse equos ut curru decideret S. Brígida. — <sup>3</sup> Vox indistincta. — <sup>4</sup> Sic cod.; an leg. i?

19. Ex his igitur omnibus narrationibus, BHL. Quis Aidas 1455 et 1456 atque Vita gadelica e Libro Lismorensi ad quendam medicum confugisse S. Brigidam scribunt, at medici nomen reticent. BHL. 1461 tradit episcopum fuisse medicum illum Eth vocabulo; haec forma est nominis Aida, nihilque perspicuum cur hunc fuisse Elchaenium episcopum Cluaninfodensem scripsit Colganus (8). Verum, etsi non fortuito videtur esse factum ut illa quae et Vitis S. Brigidae recitavimus adeo similis sint iis que leguntur in Vitis S. Aidi, advertendum est non ad amussim inter se consentire illas narratiunculas. Vitae enim Brigidae trahunt sanctam virginem casu quodam, seu verius prodigio, nec opinato curatam dum ad medicum F visendum iter facit; Aidi autem Vitae omnes narrant Brigidam, longe a sancto episcopo degentem, dolore liberatam fuisse, invocato eius nomine, nec de projectu S. Aidi in arte medica verbum ullum faciunt.

20. Attamen non haec una narratiuncula in Vitis S. Aidi inserta est, quae singularis illius coniunctionis cum S. Brídida indicum esset; ferunt enim caelo delapsum in sinum Brigidae evangeliorum librum quem Aida petenti tradidit (9). Accedit quod et tribus templis Killariensis, unum S. Aida dicatum est, reliqua S. Brigidae (10); de sacris fontibus, idem fere notandum

cui  
Brigidae  
affuerit.

(1) Fol. 33 - 33v. Cf. PLUMMER, Vitae Sanctorum Hiberniae, t. I, p. xxviii, annot. 2. — (2) De S. Mel episcopo vid. Act. SS., t. c., p. 778-782; COLGAN, op. c., p. 259-64; O'HANLON, Lives of the Irish Saints, t. II, p. 360-67. — (3) Haec regio erat in occidentali Midia, Hiberniae provincia. — (4) De hoc sancto episcopo, vid. Act. SS., t. c., ibid.; COLGAN, op. c., p. 364; O'HANLON, t. c., p. 367-68. — (5) Campus nempe qui in Midia provincia patet; cf. infra, annot. ad cap. 40 Vitae I. — (6) Úi Briuin Eolaig, suspicatur v. cl. Carolus Plummer perperam scriptum

esse pro Úi Briuin Chualann, de quibus HOGAN, Onomasticon Goedelicum, p. 663, col. 1, i. v. Úi Briuin Chualand. — (7) Gadelicum nomen esse debut Áth Firgoirt; ceterum ignotus locus. — (8) Acta Sanctorum Hiberniae, p. 305. — (9) Vita I, cap. 21; Vita II, cap. 16; Vita III omittit. — (10) COLGANUS, op. c., p. 423, col. 2, annot. 31; in hoc Colganus deceptus est quod parochiale templum S. Aida dicatum scribit; re ipsa est S. Brigidae, G. T. STOKES, in The Journal of the Royal Society of Antiquaries of Ireland, t. XXVI, p. 332, annot. 2.

est

A est (1). Sed in his omnibus quae de S. Brigida et S. Aido narrantur, parachronismus videtur latere. Kildariensis enim virgo circiter anno 525 mortua est (2); neque facile putandum est iam tum late increbruisse famam S. Aidi episcopi qui anno 589 defunctus est (3). Profecto hoc unum est e pluribus iis quae, ut Colganus scribit de Vita II S. Aidi (4), « plus examinationis postularent quam apportant utilitatis (5). » Neque enim facile conieceris alium quendam e multis sanctis Aidis fuisse, quem Brigida precasta sit; quippe a remota antiquitate nostrum S. Aidum esse invocatum ad levandas capitibus dolores, per spicuo testimonio demonstrat hymnus O rex, o rector regminis, de quo mox dicemus. Parum veri simile est Brigidam quandam aliam a clarissima virginе Kildariensi ulroque loco esse a scriptoribus Vilarum S. Aidi intellectam (6); profecto si de alia ageretur, id aperte significarent. Et scrutatis diligenter quae de ceteris sanctis Brigidis repperimus, nullam legimus in partibus Killarensibus habuisse. Quae proxime vixit, Brigida de Món Mioldán (7), trigesima fere passuum milibus aberat a Killaria (8). Quod si quis error irrepedit, haud scio an ortus sit e confusione nominum; adeo similis est Killariae Kildara (9). Et de his quidem conjecturis diximus satis; ne omnia omnino contubernemus, adducto S. Aido illo ex rege Lageniae episcopo Kildariensi, qui an. 638 obiisse traditur (10).

Hymnus de S. Aido. 21. Hymnus, cuius modo meminimus, legitur in codice olim Augiensi, nunc Carlsruhanea bibliothecae num. CCXXI, fol. 191. Hanc codicis partem descripsit saec. VIII exeunte manus francoica (11), ex exemplari, si quid videmus, insulari, ut aiunt; profecto huius partis librarius hibernice nesciebat, qui Moilruin pro Moilruin exhibet (12). Glossae eadem manu superscriptae sunt (13). Hymnus ab F. J. Mone primum editus est (14), dein ab Wh. Stokesio (15), tandem ab O. B. Schlutter (16). Illum recudimus ex editionibus inter se collatis.

C O rex, o rector regminis,  
O cultor caeli carminis,

O persecutor murmoris,  
O Deus alti agminis!

D Aido maic Bricc benevolā<sup>1</sup>  
Posca pura<sup>2</sup> precamina,  
Ut refrigerat<sup>3</sup> flumina  
Mei capitū calida.

Curat<sup>4</sup> caput cum crenibus<sup>4</sup>  
Meis, atque caucalibus<sup>5</sup> (17),  
Cum oculis et genibus<sup>6</sup>,  
Cum auribus et naribus,

Cum inclitis emantibus<sup>7</sup> (18),  
Cum fistulis sonantibus (19),  
Cum lingua atque dentibus,  
Cum lacrimarum fontibus.

Sanctus Aid altus adiuvat<sup>8</sup>,  
Meum caput ut liberal<sup>9</sup>,  
Ut hoc totum perseverat<sup>10</sup>  
Sanum atque vigilat<sup>11</sup>.

<sup>1</sup> (Aido - benevolā) Aido sanctus mech (sup. lin. filio) Prich (sup. lin. pater) benibula cod.; Aido esse gen. sing. nominis Aid perspect Reeves, p. 93; antiqua optimaque est ea generativa forma; sanctus et glossa in versum irrepsisse vidit MONE; filio et pater explanant mech et Prich, pro maic et Bricc, latine filii et Breaci. Filio gen. sing. forma est, ad normam gen. sing. Aido fabricata. — <sup>2</sup> puro cod.; an intellegendum puri, gen. sing. forma ad exemplum gadelici sermonis in -o desinente? Sed veri similius est hoc perperam esse scriptum post posco. — <sup>3</sup> sic cod.; recte, ut videtur, coniecit H. d'ARBOIS DE JUBAINVILLE hanc esse latinam subiunctivū formam fieri ad exemplum gadelici subiunctivū. — <sup>4</sup> renibus cod.; crenibus (pro crinibus) SCHLUTTER. — <sup>5</sup> sic SCHLUTTER; cum talibus cod., superscripta glossa cerebre. Cf. SCHLUTTER, p. 73 et STOKES, p. 324, annot. 6. — <sup>6</sup> intellege genis. — <sup>7</sup> euntibus cod., superscripta glossa nervibus; corredit SCHLUTTER.

Restat ut advertamus, S. Aidum non invocari in cantamento seu fascino prisco hibernico ad capitū dolores repellendos, quod incipit: Oculus Isaiae (20).

22. Reliquiae S. Aidi nullae videntur super- Reliquiae.  
esse (21), praepter baculum eius seu lituum. Huius

(1) Haec Antonius COGAN, *The Diocese of Meath, Ancient and Modern*, t. III (Dublin, 1870), p. 575, annot.: Tres Killarie fuere fontes sacri, S. Aido unus, alter S. Brigidae, tertius denique, ut veri simillimum est, S. Cumano. Adeo S. Aidum in iis locis adhuc vulgo dicuntur Bishop Hugh». — (2) *Annals of Ulster*, t. I, ed. W. M. HENNESSY, p. 40-42. — (3) Supra, num. 7. — (4) Op. c., p. 422, col. 1, annot. 1. — (5) Similia fere de hac Brigidae cum Aido coniunctione Bollandus, *Act. SS.*, Febr. t. I, p. 117; cf. p. 183, col. 1, annot. b. — (6) Notat Antonius COGAN, l. c., S. Brigidam Kildariensem haud procul Killaria se inter virgines sacras devovisse et fortasse aliquandiu Killariae commorasse. — (7) Huius festum indicitur d. 9 martii; vid. O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. III, p. 277. — (8) Cf. HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 541, col. 2, i. v. Món Miláin. Vid. infra, cap. 17 Vitae I, cum annot. — (9) Hoc nos monuit v. cl. Carolus Plummer. — (10) Supra, num. 16. — (11) Alfred HOLDER, *Die reichenauer Handschriften*, t. I (Leipzig, 1906), p. 504. — (12) Fol. 192. HOLDER, t. c., p. 505. — (13) MONE, *Latinische Hymnen des Mittelalters*, t. III (Freiburg i. B., 1855), p. 182. — (14) T. c., p. 181-82, Typis recudit et disserit Wm. REEVES, *Hymnus*

Sancti Aidi, in *Proceedings of the Royal Irish Academy*, t. VII, p. 91-96. Carmen autem hibernicum Aed oll fri andud nane, de quo Mone ad Reeves scripsit, ibid., p. 96, ad nullum sanctum pertinet, sed ad Aidum quendam principem, filium Diarmaidi, in Lagenia. Cf. Wh. STOKES and J. STRACHAN, *Thesaurus Palaeohibernicus*, t. II, pp. XXXIV, 295. Adeo hymnum « O rex, o rector regminis » typis iterum mandatum esse a G. T. STOKES, t. c., p. 333, annot. 1. — (15) *Lives of Saints from the Book of Lismore*, p. 324. — (16) *An Irish-Latin Charm*, in *The American Journal of Philology*, t. XX (1899), p. 71-74. Cf. H. d'ARBOIS DE JUBAINVILLE, in *Revue Celtique*, t. XXI (1900), p. 267-68. — (17) Caucalia, id est cerebrum; vid. SCHLUTTER, p. 73. — (18) Hic intellegendi videntur *īdārēs* seu nervi; vid. SCHLUTTER, p. 73-74. — (19) Is est meatus auricularis; vid. SCHLUTTER, p. 74. — (20) STOKES and STRACHAN, t. c., p. 248-49. Cf. R. I. BEST, *The St. Gall Incantation against Headache*, in *Ériu*, t. VIII (1915), p. 100. — (21) Eius lipsana olim in monasterio quod apud Eanach Midh-breuin considerat servata fuisse leguntur in Vita I, cap. 44, et Vita II, cap. 38. Parallelus locus in Vita III excusis est. Scribit autem G. T. STOKES, t. c., p. 330, annot. 4: « The relics of fragmentum,

A fragmentum, novem fere digitis longum, inventum est haud procul a civitate Loughrea, comitatus Galviensis, quod in aedibus Regiae Academiae Hibernicae Dubliniti nunc asservatur. Eius formam qui doceri velit, antiquarios consulat (1). Nos ea potius excipiamus quae in codice martyrologi Dungallensis fusioris, nunc in Regia bibliotheca Bruxellensi signato 5095-5096 (2), fol. 104<sup>r</sup>, de S. Aidi baculo aliisque rebus ad eum pertinentibus leguntur. Haec num a Iohanne Colgano scripta sint, certo definire non audemus; sed alium fuisse scriptorem a Michaelo O'Clery non est ambiguum (3). Sic autem sonat: Aodh mac Bric mic Corbmaic mic Cremhthuinn<sup>1</sup> mic Fiachach o bfuillett Cinel Fiadhach i cCill Láir na Midhi do rugad he. Atá a bhacholl miorbuliagh d'fionnbruin, i. prós go naraigde buailte, ar fagáil ag Piotar mac Eocagáin. Atá Ráth Aodha tempull porrásdi ann fós. As e fén do fuair an bhachall. Facit p. atanea<sup>2</sup> miracula in periuos. I cCill Láir fós atá tempull Aodha. Do tairrngir Patraic a gheim o Fhiachach an tan tug 15 baili d'ferann timceall Chill Áir dhó

B St. Hugh seem to have been in the possession of Sir Richard Nagle sixty years ago, with other treasures of the Geoghegan clan... I wonder what has become of all these antiquities.» Sed utrum lipsana alias res sacras hic intellegat vir datus, non liquet. — (1) George COFFEY, *Guide to the Celtic Antiquities of the Christian Period preserved in the National Museum, Dublin*, p. 64; H. S. CRAWFORD, *A Descriptive List of Irish Shrines and Reliquaries*, Part II, in *The Journal of the Royal Society of Antiquaries of Ireland*, t. LXIII (1923), p. 172, num. 22. — (2) De quo supra, p. 305. — (3) Locutus iam editus est in *The Martyrology of Donegal*, p. XL; sed cuius manu scriptus esset, martyrologii editores resciscere non potuerunt. — (4) Cf. annotata ad caput 1 Vitae I, et supra, num. 7. — (5) Cf. annotata eadem, et supra, p. 495, annot. 2. — (6) Quod hodierna anglicanaque forma scriberetur Mac Gaffigan, Gaghan, Gavagan, Gavigan, Gavanac, Gaffikan, Gaffikin, Gagan, cet. Pádraig de BHULBH (Pa-

iar mallacht chloch Usnech dhó <co> nach D gabat<sup>3</sup> greim. Latine: Aodh filius Breici filii Cormaci filii Creamthanni filii Fiachai, e quo (Fiachao orta est) Ceneoil Fiachach (Gens Fiachai) (4), in Killaria Midiae natus est (5). Huius portentosum baculum e Finnbruin, id. est ex aere argentoque caelato, fabricatum habet Petrus Mac Eochagáin (6). Adhuc exsistit eo in loco Ráith Aodha parochiale templum (7). Ipse baculum invenit (Petrus). Facit p. tanea<sup>2</sup> miracula in periuros (8). Killariae etiam templum est Aodhi (9). Praedixit Patricius eum e Fiachai sanguine nasciturum, cum illi (Patricio) dati sunt vici quindecim circum Killariam, postquam lapidibus de Uisneach maledixit, ut ad nullum negotium apta essent (10).

<sup>1</sup> ante correctionem Bric. — <sup>2</sup> compendium duarum triunve litterarum quod solvere nescimus; legerunt platanea Dungallensis martyrologii editores, l.c., sed dubitanter; melius forsitan coniceris subitanea. — <sup>3</sup> ita profecto legendum, addita voce co; parum abest ut legi possit in codice chónach. E

trick WOULFE), *Sloinne Gaedheal is Gall. Irish Names and Surnames*, t. II (Baile Atha Cliath, 1922), p. 84, col. 1, i. v. Mac Eachagáin. Sed huius ipsius gentis, e qua ortus est S. Aodus, nomen olim scribi solitus Mac Geoghegan, nunc, omisso Mac, effutur Geoghegan. G. T. STOKES, in *The Journal of the Royal Society of Antiquaries of Ireland*, t. XXVI (1896), p. 326, annot. 4. De hac familia pauca diximus supra, inter annotata ad num. 7; cf. infra, annot. ad cap. 1 Vitae I. — (7) Vid. infra, inter annotata ad cap. 48 Vitae I. — (8) Miraculorum genus in Hibernia, uti per necessarium ita per frequens. Cf. PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. cv; de consuetudine iurandi in baculum, Id., t. c., p. CLXXVI. — (9) Cf. supra, num. 1 et 20. — (10) De his vide Tripartitam S. Patricii Vitam, ap. Wh. STOKES, *The Tripartite Life*, t. I, p. 80; ap. COLGANUM, *Trias Thaumaturga*, p. 131, col. 2, cap. 17-18; cf. IOCELINI locum ap. COLGANUM, op. c., p. 88, col. 2, num. 100. Nusquam Aidi nomen legitur.

C

F

## I. VITA S. AIDI PRIMA

E codice olim Salmanticensi, nunc Bruxellensi, in Bibliotheca Regia 7672-7674. Vid. Comm. praev. num. 2.

Incipit Vita sancti Aidi filii Brici (1).

*Aidi genus* II, 1; III, 1. 1. Aidus sanctus episcopus, qui vocatur filius Bricci, de nepotibus Neill (2) oriundus fuit.

(1) Nomen patris S. Aidi in casu nominativo legimus Brec, Breac, Breac, Brech, Brech, Bri-chius cet.; in genetivo gadelic Bric, Bric. Sed, uti mos est Hibernis, promiscue gadelica et latina forma usurpatur; hic Bric, mox Bricci, ubi latinum genetivi inclinamentum assutum est gadelico genetivo. Nomen autem Brec haud scio an primitus significaret tructam, piscis genus; bestiarum enim nominibus priscos Hibernos non numquam appellatos novimus. De conceptione per piscem vid. PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. CLVIII. — (2) Neill genetivus est nominis Niall. Hic autem Niall, cognomento Naoghiallach (id est, a novem obsidibus, vel érreáúngos), insulan universam regnavit, ut Hiberni historici ferunt,

annis 379-405. Nomine Úi Néill, id est Nepotum Nialli, veniebant eius posteri e paterna linea. Horum fines bifariam dividebantur: Úi Néill in Tuaiscirt seu Úi Néill in Fochla (latine Nepotes Niali Septentrionales), et Úi Néill in Deiscirt (Nepotes Niali Australis), E. MACNEILL, *Phases of Irish History*, p. 184-86; HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 677, col. 1, i. vv. Úi Néill et Úi Néill in Deiscirt. Ad australem ramum pertinebat Cenél Fiachach, seu posteri Fiacha-i filii Niali, e quibus Aidus paternam duxit originem, HOGAN, op. c., p. 220, col. 2, i. v. Cenél Fiachach. De stemmate S. Aidi, cf. Comm. praev. num. 7. Conicit J. LANIGAN, *An Ecclesiastical History of Ireland*, t. II, p. 188, annot. 20, natum esse Aidum Mater

*Prodigia  
in eius  
nativitate.*  
Cf. Luc. 1,  
15.

A Mater vero sancti Aidii<sup>1</sup> de genere Munnensium<sup>1</sup> (1), de genere Muscrigi Thire<sup>(2)</sup> originem duxit. Que cum esset pregnans (3) vicinaque partui, quidam propheta (4) venit secus domum eius, qui dixit commitibus suis: «Est in domu hac mulier parturiens. Si cras nasceretur infans quem parturit, hora matutina, erit magnus coram Deo et hominibus in tota hac insula Hibernie<sup>(5)</sup>.» Audiens autem puella quedam hec omnia retulit parturienti. Que respondens ait: «Nisi per latera venerit<sup>(6)</sup>, usque cras non egre-

dietur de utero meo.» Exsurgens igitur<sup>2</sup> abiit foras et sedis super petram. Fecitque Dominus hoc mirabile<sup>(7)</sup>: nam caput infantis stetit super petram et fecit concavitatem quandam in ea secundum similitudinem capitis infantis; et usque hodie manet, et aqua que fit in eo concavo omnem langorem<sup>1</sup> sanat omni credenti<sup>(8)</sup>.

2. Erat autem sanctus episcopus Aidus in domo matris sue alitus in terra Munnensium<sup>1</sup> obpios puerulus<sup>(9)</sup>. Denique adhuc iuvenis factus, gregem porcorum<sup>(10)</sup> in silvis querens, sanctum

## VITA. I

*Adolescens  
obpios  
habet  
III, 2; III, 1-2.*

1. — <sup>1</sup> sic cod. — <sup>2</sup> in marg. corr.

in finibus paternae gentis et educatum fuisse a consanguineis matris sua; quod et iis quae mox narrabuntur, et Hibernorum moribus, de quibus eginus supra, p. 153-54, aptissime respondet. Killariae natum esse Aidum tradit documentum non sphenndae, ut videtur, auctoratis et iis fere in locis collectum, quod typis mandavimus supra, Comm. praev. num. 22, e codice Bruxellensi 5095-5096. Sed haud debilibus argumentis contendit v. cl. G. T. STOKES, in *The Journal of the Royal Society of Antiquaries of Ireland*, t. XXVI, p. 327, annot. 5, natum esse Aidum in loco dicto Rathugh (de quo infra, inter annotata ad cap. 48 huius Vitae I). Ipsum enim vicuum Rathugh et qua circumiacent prædia ad annum 1641 vel 1650 obtinuit gens Mac Geoghegan, e qua ortus est S. Aidus, In., ibid., p. 326, annot. 4, et p. 335, annot. 1. Obiecerit quispiam, quod in cap. 48 legitum, locum illum impetrasse Aidum a laico domino; aliter se res habuisset, si in suam haereditudinem intrasset. Verum, in eadem hac Vita, cap. 3, traditur S. Aidus a paternis bonis fuisse prohibitus, et in Vita III, cap. 42, castelli dominus legitur fuisse Aidi propinquus. — (1) Ita fere semper scribit librarius Momonensis seu Mumonensis nomen, qui Momoniām seu Mumoniām, Hiberniae provinciam, inclebat. Ceterum e regio Mumonensis sanguine ortam matrem S. Aidi facile crediderim; hoc enim loco addit Vita III illam etiam fuisse «satis nobilem», et mox narrabitur prodigium a S. Aido patratum in Mumonensem reginam gratiam, cap. 18. — (2) Tractus gadelicus appellatus Muscraighe Tire, complexus esse videtur totas fere baroniae, quae nunc sunt, Lower Ormond et Upper Ormond, in comitatu Tipperary, HOOCAN, op. c., p. 554, col. 1, i.v. Muscraighe Tire. — (3) Spurcam hanc narratiunculam a profanis litteris mutuatam esse hagiographum primus advertit Henricus ZIMMER, in *Göttingische gelehrte Anzeigen*, 1891, p. 168-70, qui parallelum locum ibidem edidit ex antiquo tractatu epico *De rebus gestis et temporibus Ailiollí Ólom*, seu, ut aliud eundem appellare maluerunt, *Cath Murcraimhe*, id est *De praelio Murcraimhensi*. Addidit v. cl. H. D'ARBOIS DE JUBAINVILLE, in *Revue Celtique*, t. XII (1891), p. 395-96, alteram eiusdem recensionem et tractatu item epico *Compert Conchobuir*, id est *De conceptione Conchoburi*, ed. Kuno MEYER, in *Revue Celtique*, t. VI (1883), p. 175-76. Tertiam tandem subiecit Carolus PLUMMER, *Vita Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. cxl, annot. 2, que altera est prioris narratiunculæ reccensio, tractatur *Góir Anmann*, id est *De veriloquio nominum in heroiis narrationibus occurrentium*, ed. Wh. STOKES in Wh. STOKES and E. WINDISCH, *Irish Texte*, t. III, p. 402, num. 273. Denique eandem narrationem et *Cath Murcraimhe* suo stilo satis fuse exponit Seathrún CÉTTINN (Geoffrey KEATING), *Foras Feasa ar Éirinn*, t. II, ed. P. S. DINNEEN, pp. 272, 274. Et in hagiographicis scriptis similia leguntur, ut in Vita latina S. Lasriani seu Molaissei abbatis de Daimh Inis, *BHL*, 4725, ap. PLUMMER, op. c., t. II, p. 131-32; in Vita eiusdem gadelica apud S. H. O'GRADY, *Silva Gadelta*, t. I, p. 18-19; in Vita latina S. Declani, *BHL*, 2116, ap. PLUMMER, op. c., p. 36; in Vita eiusdem gadelica, ed. P. POWER, *Life of St. Declan of Novembris Tomus IV.*

## F

«Hodi visitur et cum magna populi devotione frequentat illa lapis cum tali concavitate in caementerio Ecclesiae de Kill-air in Media.» Cf. quae de natali petra S. Declani tradit v.d. P. POWER, op. c., p. 161, annot. 34; similia de lapide natali S. Columbae ap. Wm. REEVES, *The Life of St. Columba by Adamnan*, p. LXVII, annot. 5. Sed in hoc deceptus esse Colganus videtur quod Killariae in coemeterio lapidem esse scribit, nisi tamen eundem lapidem et Killariae et in Rathugh visum esse credimus. Certum est enim in vicinia fontis S. Aido sacri in parochia Rathugh adhuc iacere lapidem illum, cuius descriptionem effigiemque require a G. T. STOKES, in *The Journal of the Royal Society of Antiquaries of Ireland*, t. c., p. 331-33; cf. Iohannis O'DONOVAN adhuc ineditas litteras de comitatu Westmeath. In ea parochia scribit Stokesius, ibid., p. 332, sua etiam aetate persuasum vulgo fuisse, si quis in lapidis concavitate altera caput insereret, in altera minore cubitum, cephalalgia curarum iri. Sepulcrealem S. Aidi lapidem vocant homines rustici, sed nullum est dubium quin re ipsa natalis sit lapis. Ideo forsitan alterum cum altero loco commiscuit Colganus, quod Rathugh est in baronia Moy-cashel, Killare in baronia Moy-ashel olim dicta, nunc Rathconrath, eiusdem comitatus Westmeath. — (9) Hic inserit Vita III locum de sanctimonia adolescentis, quem tamen profanum hominem esse profanamque vitam agere parentes eius volebant. — (10) Porcos illos ubique silentio praetermittit Vita III.

VITA I  
Brendanum  
Birrensem  
et  
Cainne-  
chum

Eius  
edukatio.  
II, 3; III, 3.

Heredita-  
tem  
paternam  
obtinere  
nittitur;

sed,  
sudente  
S. Illundo,  
divitias  
renuntians

Brandanus Birra (1) invenit in aliquo secreto loco scribentem <sup>2</sup> euangeliū, et Kennechus (2) sanctum Aidum nuper venientem <sup>3</sup>... Loquentes autem et salutantes sancti invicem, videbunt puerum proximantem. Quem ut vidit Brandanus, surrexit obviam ei et cum gaudio magno suscepit eum. Kennechus autem accusabat <sup>4</sup> sanctum Dei in adventu pueri resurgere. Cui Brandanus ait: « Nonne vides quod video? » Kennechus respondit: « Non. » Brandanus dicit: « Quare non surgerem? Ecco angeli Dei veniunt ad nos. Exercitus enim angelorum committatur <sup>4</sup> eum (3). » Puer autem dixit illis: « Grem pororum num vidistis in his locis? » Dixit ei Brandanus: « Vade illuc et ibi invenies grem quem queris. » Et ita invenit.

3. Hic autem puer Aidus nullo magistro doctus erat, nec litteris eruditus est, nec regulis ecclesiasticis formatus est usque ad <sup>1</sup> tempus adolescentie sue; sed inter plebiles (4) homines rusticio more viventes nutritus est apud matrem suam (5). Cum autem factus esset adolescentes, perrexit ad patrīam suam (6), ut ibi hereditatem teneret. Quem fratres sui nullo modo <sup>2</sup> reperirent, nec ei hereditatem dederunt (7). Quod ipse videns, puellam quandam (8) ex eis secum rapuit, ut per hanc iniuriam fratres afflicti hereditatem sibi darent. Reversus autem Aidus cum puella raptā ceterisque commitibus, venit secus cellam sancti episcopi Illundi (9). Cumque Illundus vidisset <sup>3</sup> eum <sup>4</sup> modico intervallo et angelos Dei cum eo, at ministro suo: « Vade, et die adolescenti qui est in itinere ut ad me paulisper declinet. » Et ipse audiens humiliter ad episcopum Illundum venit. Qui dixit ei: « Quid queris, fili, hereditatem paternam? Ecece habes patrem cui est celum et terra, qui dabit tibi hereditatem multo maiorem et meliorem in celo et in terra. Et noli per iniuriam querere mortaliū terram, et hanc puellam dimite ad do-

<sup>2</sup> scribens man. prima; scribentem corr. man. rec. — <sup>3</sup> locus corruptus. — <sup>4</sup> sic cod.

3. — <sup>1</sup> una littera in ras. — <sup>2</sup> in marg. corr. C — <sup>3</sup> ante corr. venisset. — <sup>4</sup> cum cod.

4. — <sup>1</sup> in marg. signa quae legentium animos faciant intentos.

(1) De huius aetate, Comm. praev. num. 11. Vid. A. P. F[ORBES], ap. W. SMITH and H. WACE, *Dictionary of Christian Biography*, t. I, p. 334-35. — (2) De huius aetate, Comm. praev. ibid. Vid. de hoc Kilkennensis tractus tutelari sancto PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. XLII-XLV; O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. X, p. 134-69. — (3) Adicit Vita IIII vaticinium de S. Aido episcopo futuro. — (4) Id est laicos, saeculares, mundanos, profanos. — (5) Alterum locum de adolescentis sanctimonia assuit Vita IIII. — (6) Intellege e Munonia in Midiam, in regnum Uí Fiachach, quo paterna stirpe pertinebat Aidus. Vid. Comm. praev. num. 7. « Regiōnem Midhi » conceptis verbis memorat Vita IIII. — (7) Cf. Vitam IIII, ubi eadem fusius narrantur. — (8) Haec filia fuisse « cuiusdam homini potentis » in Vita IIII legitur. Adverte huius modi manus injectiones (athgabháil) hibernicus iure illius aetatis sanctitas esse, ut is qui iniuria retinebat vi cogeretur ab eo cui deberet rem reddere. Nusquam tamen alibi videtur haec lex in homines cecidisse. Accedit quod e parallelo loco Vitae IIII patet, nonnullis e cognatis S. Aidi dispuicuisse iniuriam illi a fratribus illatam. — (9) Cf. supra, p. 314 a, i. v. Illandus, et locos ibidem allatos. Cellae autem S. Illandi videtur fuisse in loco dicto Ráith Liphthen seu

mum suam. » Respondens autem Aidus dixit: eidem sancto. « Quodcumque dixeris michi, ego sum paratus <sup>1</sup> to episcopo facere. » Puer itaque retro dimissa est. Aidus (10) mansit cum sancto Illundo in loco suo, omnibus iussionibus ipsius obediens.

4. Alio autem die <sup>1</sup> ait adolescenti: « Fili mi (11), nuncquid potes arator fieri et manum ponere super aratrum? » Qui respondens ait: « Pater, possum omni imperio tuo obedire. » Ad arandum itaque perrexit et aliis puer secum, et manum posuit super aratrum.

5. Quadam autem die venit quidam ad eum de habitantibus in loco propinquo, petens ab eo bovem, quem in aratro suo defuisse nunciabat. Tunc Aidus fratri indigenti misertus dixit pueru: « Resiste paulisper. » Solvensque Aidus unum de aratro bovem dedit illum roganti. Ipse vero Aidus in tribus bobus arabat; bos ex una parte <sup>1</sup> iugum portabat, et potestas Dei ex altera parte mirabiliter sustinebat (12).

6. Quadam autem die <sup>1</sup> simili modo quidam de arantibus in locis proximis cucurrit ad Aidum, dolens quod in aratro suo illud ferrum quo terra scinditur non habebat, scilicet cultrum. Ipse autem Aidus (13) ferrum dedit indigenti; et statim sine cultro arabat et divina potentia sine ferro ipse terram scindebat.

7. Sanctus autem episcopus Illundus <sup>1</sup> in spiritu videns hec miracula in adolescentē <sup>2</sup> vocavit eum ad se et dixit ei: « O fili, quid hec tanta miracula fecisti immaturo <sup>3</sup> adhuc tempore? Nunc <sup>4</sup> enim ascendis ad culmen virtutum, quando necdum cepisti opus perfectum et inicium religionis. Wade autem in pace ad maternam tuam terram (14), ibique cellam construe tibi. Non enim de cetero convenit ut sub manu hominis sed Dei vivas. » Deinde abiit Aidus (15) et fundavit sibi cellam que dicitur Enach Midbren <sup>6</sup>(16), ibique mansit et multa miracula illuc fecit <sup>1</sup>.

5. — <sup>1</sup> ante litt. t locus unius litterae in ras.

6. — <sup>1</sup> in marg. inf. Nota de eius misericordia.

7. — <sup>1</sup> in marg. signa ut initio cap. 4. — <sup>2</sup> prius adolescenti. — <sup>3</sup> prius in maturo. — <sup>4</sup> una littera erasa. — <sup>5</sup> sup. litteram d punctum manu corr., ut legendum sit Midhbren.

Ráith Libhthen, de quo ibidem breviter egimus, in annot. 3; cf. de vice illo et monasterio S. Illandi, G. T. STOKES, in *The Journal of the Royal Society of Antiquaries of Ireland*, t. XXVI (1896), p. 328-29, annot. 3; hic apud Colganum se legisse testatur, saeculo XVII ineunte in eo monasterio fuisse statuam S. Illandi mitrati. His auctoribus addit Mervyn ARCHDALL in *Monastico Hibernico*, et Antonium COGAN, *The Diocese of Meath, Ancient and Modern*, t. II (Dublin, 1867), p. 514, annot. Hic opinatur Ráith Liphthen ibi fuisse ubi sacellum postea fuit Rathline dictum. Hoc idem est ac illud Rathlhen, de quo supra, p. 314, annot. 3. Consanguineos fuisse Aidum et Illandum notat G. T. STOKES, op. c., p. 328-29. — (10) Pauca hic subicit Vita IIII de bonis ab Aido abdicatis, et ac capituli calcem de litterarum scripturarumque studiis. — (11) Addit Vita IIII: « quia fratres sunt occupati in aliis rebus ». Sed has ut alias eiusdem modi varietates vix operae pretium est recensere, quas ad libidinem scriptor illius recensionis effinxit. — (12) Huc infert more suo scripturas locum Vita IIII. — (13) Item scripturæ locus in Vita II. — (14) Quippe paternis hereditate pulsus erat Aidus, vel, si malueris, paternis bonis se abdicaverat. — (15) S. Aido socii adiunguntur in sola Vita IIII. — (16) Enach-michriuin quo in Salmanticensi codice se legesse

et ex  
oboedientia  
arandi  
opus  
suscipit.  
II, 4; III, 4.

Bovis  
defectus  
miraculo  
suppletur;  
II, 4; III, 4.

itemque  
womeris.  
II, 4; III, 4.

Auctore  
S. Illundo  
ab eo  
secedit,  
II, 4; III, 4.

Cf. Ruth  
1, 8.

sibique  
monaste-  
rium  
condit.

Pacem a  
rege pro  
sua gente  
petiturus,  
II, 5; III, 5.

iter conficit  
curru  
una rota  
suffulto.

Psalm.8,6.

Rex  
ob pacem  
negatam  
punitur;

Psalm.105,  
17.  
sed facti  
paenitens,  
II, 5; III, 5.

8. Alio autem tempore rex Munnensium (1) congregavit omnem exercitum suum in unum. Ipse enim rex voluit ut Nepotes Neill (2) sua potestate redigeret. Hoc autem audiens rex Nepotum Neill perterritus erat; qui et ipse congregans<sup>1</sup> exercitum, misit<sup>2</sup> nuncios ad Aidum episcopum ut illius anni pacem rogaret inter paternam et maternam suam gentem<sup>3</sup>. Tunc Aidus perrexit ad regem Munnensem, ut pacem ab eo rogaret. Factum est autem<sup>4</sup>, dum sanctus iter<sup>5</sup> ageret, una rota currus ipsius confracta est, sed currus<sup>6</sup> mirabiliter altera sola rota suffultus sine impedimento currebat (3). Cumque vidissent currum cum una rota ad se venientem, valde mirabantur, et cum magna gloria et honore sanctum Dei revererunt. Sed tamen pacem pro qua rogavit nullo modo potuit a rege impetrare, ipso recusante et dicente: « Tanta congregatio quam congregavi non erit michi in vacuum. » Reversus autem Dei sanctus a rege ingratus (4), unus de amicis, qui erat ei carior cunctis, mortuus est; et aperta est terra, et deflutiuit duos equos optimos currus regis.

9. Tunc rex, magno timore perterritus, misit legatos post virum Dei, ut ad se rediret, promittens humiliter facere quodcumque sibi iussisset<sup>7</sup>. Cumque sanctus Aidus redisset ad regem, exiit

8. —<sup>1</sup> ante corr. ggregans. —<sup>2</sup> bis cod. sed semel del. —<sup>3</sup> in marg. corr. —<sup>4</sup> sup. lin. corr. —<sup>5</sup> ante corr. iurris.

9. —<sup>1</sup> uississet cod. —<sup>2</sup> sic cod. —<sup>3</sup> ante corr.

testatur COLGANUS, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 422, col. 2, annot. 10, quodque ceteris formis praefert, nos ita scriptum nusquam repperimus. Tres sunt in tractu olim dicto Muscraighe Tire, de quo supra, p. 505, annot. 1, loci nunc Annagh appellati, primus in parochia Dorrha, alter in parochia Kilbarron, tertius in parochia Lorrha, omnes in baroniam Lower Ormond. Adde Annaghanerrig in parochia Dorrha, et Annaghbeg in parochia Dromineer, eiusdem baroniae. Sed haud scio an recte viderit J. LANIGAN, *An Ecclesiastical History of Ireland*, t. II, p. 188-89, annot. 22, (qui de hoc loco fuse disputat) esse potuisse Nenagh civitatem in eadem baronia. Ceterum haud facile negotium inquirentibus nobis obtigisse fatebitur qui meminerit plus trecenta sexaginta loca hoc nomine in Hibernia appellari, HOGAN, op. c., p. 396, col. 2, i. v. Enach. Enach autem Aedha, vel Enach Eada, eadem esse atque hoc Eanach Midhbrenn, originemque duxisse ab Aidi nostri nomine, non audacior est conjectura, HOGAN, op. c., p. 397, col. 1, i. v. Enach Aedha, et ibid., col. 2, i. v. Enach Eada. Reliquum est ut memoremus sententiam Mervyni ARCHDALLI in *Monastico Hibernico*, ed. MORAN, t. I (Dublin, 1873), p. 146. Is scribit monasterium Enachmidbrenn postea vocatum esse Kilbrenin (hoc loco Usserium antestatur, sed in *Britannicarum Ecclesiarum Antiquitatibus* equidem nihil huius modi reperi), nunc Strawhall (in parochia Clondulan, baroniae Condona et Clangibbon, comitatus Corragiensis, East Riding, *Census of Ireland, 1901. General Topographical Index*, p. 855; locum esse in baroniam Muskerry scribit ARCHDALL, l. c.). Ibi monasterii parietinas ad suam usque actatem videri scribit ARCHDALL, l. c., fultus testimo Caroli SMITH, *The Ancient and Present State of the County and City of Cork*, t. I, p. 206, sed utra editione Archdall usus sit, resciscere non potuimus; Smithii enim opus primum Dublini prodiit an. 1750, post Londini an. 1774. — (1) In huius dicione tunc erat Aidus. De regis nomine haec est conjectura COLGANI, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 422, col. 2, annot. 13: « Videtur hic Rex Momoniae esse Amalgadius

rex in oviam<sup>8</sup> ipsius, et prostravit se ante equorum pedes; et currus cum equis exiit trans regem (5). Iterumque rex surgens prostravit se ante pedes equorum, et exiit currus trans ipsum tribus vicibus hoc facientem. Dixitque sanctus ad regem: « Quia tribus vicibus humilierte prostrasti<sup>9</sup> (6), tres reges erunt de genere tuo; et quot vices hoc fecisses, tot reges essent de genere tuo. » Cui ait rex: « Ecce habes pacem huius anni quam postulasti. » Respondit ei sanctus dicens: « Rogavi Dominum, et dedit michi non unius anni pacem, sed usque ad diem iudicii; et potestas vestra super gentem meam non erit. » Tunc rex ait: « Rogo te<sup>10</sup>, abba sancte, ut virum michi carissimum, quem in mortem misisti, iterum a morte revokes. » Orans autem Aidus et signans eum signo crucis, statim surrexit, et veniam postulavit et regis duritiam valde increpavit. Et rex iterum ait: « Rogo te, sancte Dei, ut duos equos meos a terra producas. » Cui dixit sanctus: « Unus ex eis a terra reverteretur et alter in terra manebit, et stagnum aque erit super ipsum in testimonium virtutis (7) reservandum. » Et sic factum est sicut dixit sanctus, et est ibi usque in hodiernum diem, quod vocatur Stagnum Gabre (8).

10. Quadam autem die<sup>11</sup> (9), cum familia Messoribus Aidi

VITA I  
*generis sui  
decus  
futurum  
audit.*

*Regis  
amicum  
equumque  
unum  
sanctus  
resuscitat,  
equo altero  
undis  
immisso.*

prostrasti te. —<sup>4</sup> in marg. De mortu (*sic*) r<e-susci>tato.

10. —<sup>1</sup> in marg. De pluui (*cetera excisa sunt*).

filius Enni filii Alildi, qui fuit frater celebris illius Aengussii Regis Momoniae, cui S. Patricius, dum eum baptizaret, pedem cuspidie baculi transfixit. Floruit enim hic Amalgadius circa annum 523, uti et S. Aedus, et de semine eius tres Momone Reges prodierunt. » Sed vid. quae advertimus in Comm. praev. num. 11. — (2) Nempe Australes illos e quibus originem ducebant Aidus, ut et sequentibus patet. Vid. supra, p. 504-05, annot. 1. — (3) Simile prodigium leges infra, cap. 49. — (4) Id est absque gratia, sive non obtenta gratia. » COLGANI, op. c., p. 422, col. 2, annot. 12. — (5) Similia e profani litteris excerptis et cum S. Aidi facinore contulit v. d. Carolus PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. CLXXXVIII, annot. — (6) Unam tantum prostrationem referit Vita III, quae et regem equorum ungulis obtritum silentio praeterivit. Ideo et vaticinium non nihil mutatum est, ut iis quae supra dicta essent responderet. Et reliqua breviore stilo persecutus est scriptor. — (7) Id est, ut videtur, in portenti monumentum. Altera Vita: « in testimonium virtutis Dei. » — (8) Id est latine Stagnum Equi. Nunc Lough Coura, in parochia et baronia English, King's County, HOGAN, op. c., p. 499, col. 1, i. v. Loch Gabre. Vel, ut opinatur v. cl. C. PLUMMER, op. c., t. II, p. 333, i. v. Loch Gabre, lacus hodie exsiccatus cuius vocabulum superest in nomine loci Lagore, in parochia et baronia Rathoath, comitatus Meath. Cf. HOGAN, ibid., i. v. Loch Gabair, et infra, p. 512, annot. 1. Colgani annotata referre libet, op. c., p. 422, col. 2, annot. 14: « Hic author duplice argumento indicat se perantiquum; tum quia ostendit se floruisse dum Hiberni suam linguam vulgo vocarent Scoticam et se Scotos; tum quia solum prisca sermone Hibernico, uti et Britannico, equus dicebatur « Gabhar », moderno vero « Each ». E<st> Lochgabhra, seu ut ali Lochgabhair, idem quod lacus equi. Facet autem hic lacus in regione Bregensi in finibus Midiae iuxta nostros hystoricos. » — (9) Hic insertus est in Vita III locus quem in ceteris recensionibus desiderari advertimus, Comm. praev. num. 5. Idem, quod hic narratur, prodigium, ut alios omittamus, sancti

VITA I  
pluvia  
parvit.  
II, 6; III, 6.

Ad  
amicum  
mortuum  
II, 7; III, 7.

per aerem  
transfer-  
tur;

Cf. Ps. 90,  
12.

eum  
resuscitat,

pelentiae  
ut rursus  
mortatur  
imperial.

Aqua  
in vinum  
conversa.  
II, 8; III, 8.

sancti Aidi laborarent in messe, magna pluvia descendit de celo. Quod cum vidisset Aidus, signavit aeren; et per totam diem pluvia circa segitem undique per circuitum descendebat, in segite vero etiam una gutta non cedidit, et videbantur hoc <illucque> sparse devitare segitem, quasi aliquid timoris haberent.

11. Fuit quidam homo dives<sup>1</sup> in terra illa Munnenium, qui sancto Dei amicus et carus erat valde. Qui multas oblationes et terram multam obtulit ei. Cui sanctus Aidus promisit quod ipse sacrificium (1) sibi daret in exitu anime de corpore. Quodam autem tempore, cum sanctus Aidus esset in regione longinqua<sup>2</sup>, dives ille mortuus est. Quod sanctus in spiritu a longe videntis, cepit velociter venire ad eum. Cumque in itinere pergeret in curru, venit ad quasdam silvas regiomis illius, nec erat via plana curri (2). Tunc Aidus dixit aurige: « Inclina caput tuum in sinum meum, ne aliquid videas. » Et hoc faciens, confestim currus cum suis equis a terra elevatus est, et manibus angelorum longo spacio terrarum per aerem portatus est, quo dum ponebatur in alia regione, ubi ipse solebat. Descendens autem de curru, misit ministrum suum ad domum mortui, dicens ei: « Vade, et dic viro mortuo: si ego vadam illuc ad eum, an ipse veniamt huic ad me? » Abiit ergo puer ad domum mortui et dixit ei: « Misit me ad te Aidus episcopus: si ipso huc veniam ad<sup>3</sup>, te an tu exies ad eum illuc? » Statimque mortuus resurgens et se signans, respondit ei dicens: « Non ille veniat magno itinere fatigatus pro me, sed ego vadam ad eum. » Et hec dicens exiit ad locum ubi sanctus stabat. Et salutantes invicem, dixit ei sanctus: « Quid vis? Utrum in hac vita presenti mabebis, an ad locum unde existi iterum revertaris (3)? » Ille respondit: « Rogo te ut permittas me ire ad celestem mansionem, quam tu dedisti michi. » Tunc accipiens sacrificium (4) de manu episcopi, dormivit in pace.

12. Quadam die<sup>1</sup> episcopus Aidus pervenit ad quasdam virginem sanctas in illa regione materna (5). Et ille virginem cum magno gaudio suscepit eum in hospicium, cenan dederunt

11. — <sup>1</sup> in marg. signa eadem quae initio capitum 4 et 6; in marg. inf. Quomodo currus eius in aera est levatus et quomodo mortuus est resuscitus (sic). — <sup>2</sup> longinquus cod. — <sup>3</sup> prius an.

12. — <sup>1</sup> in marg. <De conv>ersione aque in vinum.

patrasse traduntur et S. Ailbeus, BHL. 197, ap. DE SMEDT et DE BACKER, Acta Sanctorum Hiberniae ex codice Salmanticensi, col. 241; et S. Columbanus, BHL. 1898, ed. B. KRUSCH, M.G., Scr. rer. merov., t. IV, p. 78, num. 13. — (1) Id est Corpus Domini; cf. infra, annot. 4, et p. 516, cap. 48 cum annot. 7. — (2) Prodigiū illud de curru volante omisit Vita III. — (3) Cf. infra, cap. 48, ad calcem. — (4) Cf. supra, annot. 1. — (5) Intelleger in Muscraigne Tire; cf. supra, p. 505, annot. 2. — (6) Optimus ille liquor, de quo supra hagiographus, hydromeli fuisse videtur. Hic potus cerevisia erat exquisitor, vino tamen communior, quod in Hibernia adiecticium erat; vid. infra, cap. 43. — (7) Quae ceterae recensiones proloquuntur de arce effossa omisit Vita III et abrupte incipit: « Homo quidam habens multa animalia ante se in via ». Et pauca immutavit in his quae sequuntur ut initio isti cetera apte responderent. — (8) Hoc est, Arx Balbutiantis vel Muti<sup>2</sup>, recte interpretatur Vita II. Arcem

ei; sed tamen ille dolebant quod optimi liquoris D aliquid non haberent. Hoc autem sciens Aidus, misertus eis dixit: « Afferto michi aquam de fonte. » Que delata ei et benedicta ab eo, mutata est in vinum optimum (6), et fuit magna refectio omnibus astantibus et gratias Deo agentibus. Hanc autem virtutem vini de aqua tribus vicibus Aidus episcopus fecit.

13. Alio autem die venit ad sanctum Aidum Munitori quidam (7) cui ares erat fodere terram et muros civitatibus circumdare. Qui ait sancto: « Abba. nuncquid nosti michi hominem cui necesse est ut civitas illius muris circumdetur? » Cui Aidus dixit: « Vade illuc ad quandam michi amicum, et fac cum ipso opus tuum, et ab illo mercede recipies. » Abiit ergo ipse ad hominem illum, et cum ipso fudit terram, et fecit triplicem murum circa arecum<sup>1</sup> eius, que vocatur Raith Baile (8).

Quo labore peracto, merces redita est ei, plenitudo scilicet huius arcis<sup>2</sup>, de peccoribus quantum capere posset; hec autem erat merces congrua huius operis (9). Et hec peccora dives ille undique congregavit ab amicis suis, ut castellum impletret de peccoribus; divesque deduxit illum cum suis peccoribus in viam quam voluit usque ad aliam plebem (10). Cumque dives ad suam domum rediret, ille homo cum suis armentis solus in via relictus est<sup>3</sup>. Tunc omnia peccora illius huc illucque per campos et silvas fugerunt ab eo, unumquodque animal in suam partem pergens; et nusquam comparuerunt ei, nec remansit etiam unum ex eis. Cum autem ille miser valde fleret et lugeret, vidit currum ad se venientem, in quo erat Aidus episcopus. Cui ille flebilis voce dixit: « Ecce mercede magni laboris una hora perdidisti; nam omnia animalia reversa sunt, unumquodque ad locum a quo deductum est. » Tunc Aidus misertus illi descendit de curru et oravit Dominum, et statim omnia illa peccora per Dei virtutem reversa sunt et<sup>4</sup> congregata in unum locum, nemine cogente, et nec unum quidem defuit ex eis, nec ab illo homine iterum fugerunt.

14. Alio autem die<sup>1</sup> cum sanctus Aidus iter ageret per silvam Elo (11), invenit ibi duos

13. — <sup>1</sup> prius arcem. — <sup>2</sup> prius arcis. — <sup>3</sup> bis cod. sed semel del. — <sup>4</sup> sup. lin. corr.

14. — <sup>1</sup> in marg. inf. De duabus equis quos ipse dedit leprosis et de aliis (prius alii) duobus a Deo sibi collatis.

illam vel in Muscraigne Tire vel haud procul a Lynally, in baronia Ballycowan, King's County, fuisse opinatur HOGAN, op. c., p. 567, col. 1, i. v. Raith Baile; sed haec ille ex Aidi Vitis coniecitasse videtur, auctore nemine. Arces in Hibernia tribus muris seu vallis nonnumquam circumdabantur; vid. W. G. WOOD-MARTIN, Traces of the Elder Faiths of Ireland, t. I, p. 318-320. — (9) Hoc cum aliarum gentium moribus conferre non est nostrum, sed eorum qui huius modi antiquitatis tigia dedita opera colligunt. — (10) Id est, donec fines transgressus est regionis ad quam ille dives pertinebat. — (11) Gadeline Fidh Elo, nunc anglice Forest of Fercall; huius vestigia quadam servant tum nemora, tum locorum nomina (Big Wood, Black Wood) prope Lynally, de quo supra, annot. 8. Multo ieunius est hoc capitulum in Vita III. De Lynally et vicinis locis lege G. T. STOKES, in The Journal of the Royal Society of Antiquaries of Ireland, t. XXVI (1896), p. 320-21.

leprosus

armamentum  
pro  
mercede  
acceptum  
educenti;

Aidus  
adest.

quos  
leprosis  
deperat,  
II, 10; III, 10.

alii  
submissi.

Moniali  
inconti-  
nenti miro  
prodigio  
adest.  
II, 11; III, 11.

leprosos valde miseros, qui duos equos postulabant ab eo; quia vix pedibus incedere valeant. Tunc sanctus Aidus dedit eis duos equos currus sui. Ipse vero paulisper sedebat, dicens commitibus suis: « Expectemus <sup>2</sup> interim duos viros lassos venientes post nos. » Et post paulisper venerunt ad eos duo viri, dicentes: « Nunquid noster ubi est Aidus episcopus? Nos autem de longe venimus hos equos offerre ei. » Quibus unus ex eis dixit: « Hic est qui hic sedet. » Et obtulerunt ei duos equos adhuc indomitos; et statim mites et domiti facti sunt sub curru sancti episcopi.

**15.** Quadam autem die <sup>1</sup> [cum] Aidus iter agens venit ad aliarum sanctorum virginum locum, qui dicitur Druimm <sup>2</sup> Ard (I), et cum magno gaudio in hospicium receptus est. Intuens autem sanctus Aidus virginem que sibi ministrabat, vidit quod uter illius partum gestans intumescebat. Et cito surrexit ille sine cibo, ut ab isto loco fugeret <sup>3</sup>. Tunc illa coram omnibus confessa est quod occulce peccasset et penitentiam egit. Sanctus autem Aidus benedixit uterum eius; et statim infans in utero eius evanuit quasi non esset (2).

<sup>2</sup> prius expectemus.

**15.** — <sup>1</sup> in marg. inf. Quo <modo> partus in utero ad eius preces evanuit. — <sup>2</sup> prius aruimm. — <sup>3</sup> fuit cod.; ger suppl. in marg. corr.

(1) Plurima sunt huius nominis loca in Hibernia. Opinatur v. cl. C. PLUMMER, op. c., t. II, p. 325, i.v. Druim Ard, hic significari Drumard in parochia Inver, baroniae Banagh, comitatus Dungallensis, non procul a Slieve League. Hogan autem, postquam rem nimis intricatam silentio praeceptorum esse videtur, *Onopasticon Goedelieum*, p. 357, col. 2, i. v. Druim Ard, mox ad proposatum reddit, ibid., i. v. Druim nArd, et censem hanc esse parochiam Dromard, in baronia Tireragh, comitatus Sligo. COLGANUS vero, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 422, col. 2, annot. 15: « Nescio ubi hoc sit monasterium, nisi sit illud quod est in regione Lageniae, Ibla Garchoch dicta, et hodie vocatur Kill-aird. » Cf. HOGAN, op. c., p. 175, i. v. Cell Aird. LANIGAN tandem, *An Ecclesiastical History of Ireland*, t. II, p. 189, annot. 25, maluit Dromard in parochia Killavinoge, baroniae Ikerrin, comitatus Tipperary. Nos in hac lite praeceptorum munera fungi nolumus, ne actionem denegare oporteat. Adeat qui rem liquere putet *Census of Ireland, 1901. General Topographical Index*, p. 395, i.v. Dromard, et p. 408, i. v. Drumard. Vid. tamen quam mox advertimus in annot. 5. — (2) Totam hanc narratiunculam, ut potuit, excutit Vita III. Simumillimum prodigium et a S. Kiarano de Saighir patratum fertur et a S. Brigida. In Vitis S. Kiarani latinis: *BHL* 4657, ap. COLGANUM, op. c., p. 459, col. 2, cap. 10; ap. PLUMMER, op. c., t. I, p. 221; *BHL* 4658, ap. DE SMEDT et DE BACKER, op. c., col. 808; in *Act. SS.*, Mart. t. I, p. 394 f; ap. COLGANUM, op. c., p. 467, col. 2, cap. 4. In *BHL* 4659 suppressum est mirum portentum. In Vitis autem Kiarani gadelicus fusa narratur, ap. PLUMMER, *Bethada Näm nÉrenn*, t. I, p. 105, num. 12, et p. 116, num. 19; in altera recensione Vitae gadelicae, quam e *BHL* 4657 recentiores interpretati sunt, excisum est, ap. D. B. MULCAHY, *Betha Naomh Chiaráin Saighre. Life of S. Kieran (the Elder) of Seir* (Dublin, 1895), p. 8, cap. 7; in altera legitur, ap. S. H. O'GRADY, *Silva Gadelica*, t. I, p. 5. E Vitis S. Brigidae afferre satis erit *BHL* 1455, in *Act. SS.*, Febr. t. I, p. 133, num. 100; *BHL* 1456, ap. COLGANUM, *Trias Thaumaturga*, p. 540, cap. 105; *BHL* 1457, in *Act. SS.*, Febr. t. c., p. 136, col. 2, num. 12, et ap. COL-

**16.** In illo tempore <sup>1</sup> tres pueras a supradictis virginibus tria vassa portantes in humeris exierunt, ut lac deferrent ab alio loco (3). Quidam autem latrunculi pessimi et crueles, ab occidentali parte venientes <sup>2</sup> et <sup>3</sup> videntes has pueras in via, iugulaverunt eas et capita illarum portaverunt secum (4). Hoc autem sanctus Aidus in spiritu videns, surrexit celeriter de loco suo et eucurrerit ad sanctarum puerarum corpora, et inventis virginibus flentibus et lugentes pueras, et ipse flevit cum eis. Tunc Aidus rogatus a virginibus perrexit post latrunculos illos, ut capita puerarum quereret. Latrunculi autem illi divino <sup>4</sup> nutu in quadam loco propinquo retentissim, nec hue nec illuc pedem movere poterant. Intuens autem illos Aidus increpavit illos. At illi penitentiam egerunt, et rogaverunt eum ut eos ire permetteret, et dimisit illos. Ipse autem cum capitibus reversus est. Cumque aqua non esset prope ad lavanda capita, signavit terram; et statim fons erupit de terra, qui usque hodie manens ibi, Fons Puerarum vocatur (5). Cumque sanctus Aidus capita ad sua corpora congreuerat copulasset <sup>5</sup>, dixit: « In nomine Iesu Cf. Act. 3, 6. Christi surgite. » Et statim pueras quasi de somp-

**VITA I**  
*Tres  
puellas a  
latronibus  
iugulatas,  
II, 12; III, 12*

*vita  
restituit.*

**16.** — <sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo duas (sic) pueras a latronibus decollatas resuscitavit (sic). — <sup>2</sup> ut si possent add. cod. dein del. — <sup>3</sup> sup. lin. corr. — <sup>4</sup> prius dei no. — <sup>5</sup> prius copulasset.

GANUM, op. c., p. 519-20, cap. 10. Adde Vitam gadelicam metricam ap. COLGANUM, op. c., p. 516, num. 20. Omitto Vitas S. Albei investigare, in quibus eiusdem generis miraculum se legisse scribit COLGANUS, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 464, col. 1, ad calcem. De illo prodigio disputat COLGANUS, *Trias Thaumaturga*, p. 526, col. 2, annot. 12, et *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 464, col. 1, ad calcem; Bollandusque noster, *Act. SS.*, Febr. t. c., p. 137, col. 1, annot. c, qui simile miraculum afferit ex Actis B. Bernardini Realini. — (3) « Ut lactis annonam ad virginis Christi deferent », Vita II. Intellegendum videtur hoc loco lactis vectigal quoddam monialibus solutum vel solvendum. — (4) Capita eorum quos occiderant, secum auferre Hiberni solebant; cf. W. G. WOOD-MARTIN, *Traces of the Elder Faiths of Ireland*, t. I, p. 328. — (5) Nullo negotio reperi potuerat et ubi fons hic scaturiret et ubi iaceret locus Druim Ard dictus, collatis duobus hisce capitulis Vitae I S. Aidi et parallelis, nisi omnia omnino turbare fortuna voluisse. Etenim duae sunt huius narratiunculae recensiones, quarum alteram exhibet haec Vita I et Vita II, alteram una Vita III. In prima recensione agitur de tribus pueris et monasterio Druim Ardensi trucidatis, fontisque nomen « Fons Puerarum » legitur. Et quidem diligentissimus harum rerum investigator, v. cl. C. PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. xxvii, annot. 2, et t. II, p. 338, col. 1, i. v. Puerarum fons, repperisse se scribit fontem dictum gadelice Tobur na mBannaomh, id est latine Fontem Sanctarum, in radicibus collis Slieve League (de quo Comm. praev. num. 17), in parochia Glencolumkille, baroniae Banagh, comitatus Dungallensis, ad litus occidentale sinus Teelinensis; in eodem loco hodie quoque videntur parietinae sacelli S. Aido mac Brie dicati. Et de prima quidem recensione haec tenus. In altera autem viri tres a latronibus decollati feruntur, fontisque nomen silentio praeceptorum scriptor; sed haec advertit COLGANUS, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 423, col. 1, annot. 16: « Est prope Kill-air in Media fons qui Tobar-nabfear, id est fons virorum, dicitur. Unde cum hic fons dicatur educitus ad capita istorum trium virorum lavanda,

-no

## VITA I

*Alienum  
capitis  
dolorem  
in se  
recipit.*

II, 13; III, 13.

Cf. Matth.  
26, 39.

*Eius  
invocatione  
capitis  
doles  
sanantur,  
quod et  
S. Brigida  
experta est.*

no surrexerunt, et sua vascula lactea iterum in humeris accipientes, sane perrexerunt ad dominum suam.

17. Alio autem die <sup>1</sup> venit ad sanctum Aidum vir quidam qui dolore capitis valde vexabatur (1), et ait ei: « O sancte Dei, nimio dolore capitis affliger et est michi intolerabilis <sup>2</sup>. Rogo ut pro me ores, ut hic dolor a me transeat, si possibile est, aut si impossibile, ut saltem tolerabili fiat. » Cui Aidus ait: « Dolor tuus nullo modo poterit a te exire, nisi in me translatus fuerit. Magnum tamen premium doloris tui habebis, si patienter sustinueris. » Ille respondit: « O sancte Dei, dolor iste supra vires est. » Tunc sanctus Aidus, caritate plenus, misertus est; et dolorem capitis illius viri in semetipsum Aidus

suscepit et patienter sustinuit, ut proximum a dolore liberaret et ut pro Christo martirii crux toleraret. Et ideo <sup>3</sup>, ut periti dicunt, quicunque dolore capitis vexatur, invocato nomine sancti Aidi sanatur. Nam sancta Brigida (2), cum gravissimo dolore capitis laboraret, invocans nomen sancti Aidi episcopi, statim sanata est a dolore

17. — <sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo hominem a dolore capitis curavit et eunde (sic) dolorem in se ipsum suscepit (sic). — <sup>2</sup> prius intollerabilis. — <sup>3</sup> Nota in marg. sinistro prima man., in marg.

de eo videtur hic esse sermo. » Quae cum ita sint, opinatur Carolus Plummer eandem fabulam alteri in altero loco esse narratam ut duplicitis fontis nomen explanaretur, op. c. t. I, ibid. Evidem haud scio an verior fuerit Slike Leaguensis recensio quam Killariensis. Etenim ut ad Killariensis fontis nomen narratio accommodaretur, excisa est mentio monasterii Drum Ardensis; haec autem mentio in Vita I. Aidi antiquissima facta fuisse videtur, e testimonio Vitae I, quae locorum nomina summa ut plurimum diligenter referre solet. Quae conjectura si vera est, vincit Caroli Plummer sententia, locum Drum Ard dictum in baronia Banagh, comitatus Dungallensis, esse situm; vid. supra, p. 509, annot. 1. Fortasse obiecerit quisquam, vix fieri potuisse ut latrones « ab occidentali parte venientes » (ita legitim in Vita I), impetratum facerent in puerulas monasterii siti in baronia Banagh; hic enim tractus Oceano adiacet, in occidentali litora Hiberniae. — (1) Vid. Comm. praev. num. 18-21. — (2) Qua Brigida haec fuisse perspicere conatus supra, Comm. praev. num. 18-20. — (3) Haec narratiuncula in Vita II excisa est, offendit vitandae causa, ut videtur; et in Vita III eodem consilio multum immutata. Diarmaid filium Fearghus Ceirrbheal anno 564 (recte 565) occisum esse tradunt Annales Ultonienses, t. I, ed. W. M. HENNESSY, p. 60, postquam Hiberniae universae Temoria e sede sua principali imperarat, iuxta Quattuor Magistros, annos viginti, *Annals of the Four Masters*, ed. O'DONOVAN, t. I, p. 200. Cf. *Genealogiae Regum et Sanctorum Hiberniae*, ed. WALSH, p. 30, num. 6; et COLGAN, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 423, col. 1, annot. 17, qui, praeter Aidum Slaine, quindecim alios Hiberniae reges labente tempore ex huius Diarmaidi semine ortos computat. — (4) Atque adeo ex eadem stirpe qua S. Aidi mater, si recte conficiunt supra, p. 505, annot. 1. Unde perspicitur qua de causa hunc potius sanctum regina adierit. Ipsius autem reginae nomen Mughain fuisse tradit Vita III, cui consentiunt pleraque antiqua monumenta foedae huius historiae, quae in subsequenti annotatione recensemus. — (5) A profanis litteris mutuatus est hagiographus totam hanc narratiunculam, quae gadelicu dicitur Geineamhain Aedha Slaine, id est Conceptio Aidi Slaine. Haec fuse legitur in *Leabhar na hUidhri*, antiquissimo codice gadelico, unde

capitis usque ad diem mortis sue, sicut illa D dicens solebat: « Invocatio nominis sancti Aidi a gravissimis capitis mei doloribus sanavit me. »

18. Regina Themorie, uxor scilicet Dermici <sup>1</sup> filii Kerualli magni (3), sterilis erat, que de genere Munnensem orta est (4). Illaque rogavit sanctum Aidum pro se orare ut ei Dominus conceptum daret. Cui Aidus benedicens eam ait: « Ecce in utero habebis et paries filium, et ipse erit magnus. » Illa ergo genuit agnum (5), quasi ad consecrandum uterum sterilis; et iterum pascem argenti, quem ecclesiis et pauperibus illa dimisit (6); et iterum genuit filium, qui dicebatur Aied Slani, et qui per orationes sancti Aidi a Deo donatus est.

19. Alio autem die (7), cum sanctus iter agebat in finibus Lagensus (8), venit ad saltum qui dicitur Fifth Ihle (9); et ne iter eius impenetraret asperitate silvarum, elevatus est in aeren in curru suo, et transmutatus est per saltum in aliud locum. Sic <sup>1</sup> per omnia Deus committabatur eum in omnibus viis suis <sup>2</sup>. Qui dum plurimorum (10) magister esset, ipse vero, ut periti

*Reginae  
Hiberniae  
prolem  
imperat.*  
III, 14.

Cf. Matth.  
1, 23;  
Luc. 1, 15.

*Per aera  
cum curru  
suo trans-  
feratur.*  
II, 14.  
Cf. Psalm.  
90, 11.  
Scientia  
infusa.

dextro man. rec.

18. — <sup>1</sup> sic cod.

19. — <sup>1</sup> Nota in marg. — <sup>2</sup> (v. s.) post corr.

eam eruit primus E. WINDISCH, *Ein mittelirisches Kunstdgedicht über die Geburt des Königs Aed Sláne*, in *Berichte über die Verhandlungen der Königlich Sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften*, t. XXXVI (1884), p. 194-96; iterum edidit S. H. O'GRADY, *Silva Gadelicæ*, t. I, p. 82-84. Altera brevior recensio servata est in tractu dicto Coir Anmann, de quo supra, p. 505, annot. 3, et edita a Wh. STOKES, in Wh. STOKES und E. WINDISCH, *Irische Texte*, t. III, pp. 342, 344, num. 133. Tertia tandem recensio carmine conscripta est a Flanno Monasterboicensi, de quo supra, p. 163, num. 60, et edita ab E. WINDISCH, *Ein mittelirisches Kunstdgedicht*, l. c., p. 196-200, et ab S. H. O'GRADY, t. c., p. 84. In prima alteraque recensione prodigium illud triplex ascribit SS. Aido et Finnianus Mág Bilensi inter se iuvantibus, sed ita inepte et inconcinnus ut in utriusque recensionis exemplari pateat unum tantum sanctum episcopum memoratum esse, Finnianus, ut videtur. In tertia tandem recensione unus Finnianus inducitur. Quibus omnibus singulatim collatis, concludit v. d. H. ZIMMER, in *Göttingische gelehrt. Anzeigen*, 1891, t. I, p. 170-73, in antiquissima recensione de uno S. Finniano actum esse. Utcumque se res illa habet, suspiccamur in gentili illa fabula subindicare nefandum cum animalibus commercium, cf. PLUMMER, *Vita Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. CLVIII. Episcopos autem, vel episcopum dicamus, druidas vel druidis suffectos, opinatur v. cl. Alfredus NUTT in Kuno MEYER und Alfred NUTT, *The Voyage of Bran, Son of Febal, to the Land of the Living*, t. II (London, 1897), p. 83. Cf. PLUMMER, t. c., p. CLXV sqq. — (6) In gadelicis recensionibus primo candidus agnus nascitur, mox salmo argenteus, cuius pennas aureas fuisse tradit recensio altera. Ex hoc argento et auro reliquiarum capsas fabricandas curat S. Finnianus. — (7) Hoc capitulum nihil aliud esse videtur ac alia recensio partis cap. 11. Ideo hoc excisit Vita III. — (8) Horum fines sunt qui anglice Leinster appellantur. — (9) Id est Silva Ihle. Conici potest hoc aliud esse nomen Silvae Elo, gadelicu Fidh Elo, anglice dicta Forest of Fercall, prope Lynally, in baronia Ballycowan, King's County. Vide supra, p. 508, annot. 11. — (10) Et hanc sententiam omisit Vita III, etsi idem argumentum iam antea scriptor non attigerat.

dicunt,

A dicunt, nec litteris nec magistro eruditus est, sed spiritu Dei.

*Cibos consumptos in integrum restituit.*  
II, 15; III, 15.

**20.** Quadam autem die<sup>1</sup> sanctus episcopus Aidus ambulans venit ad hospicium ad quasdam virgines, que et ipse erant amicae sancto Kerano artificis filio (1). Ipse autem virginis habebant Kerano paratam cenam parvulam<sup>2</sup>, scilicet oviem coctam cum paucis panibus et vasculum non grande boni licoris (2). Sed ipsam cenam alteri paratam novo hospiti, sancto scilicet <Aido> episcopo, ille virginis dederunt. Finita autem cena, gratias Deo egerunt. Videns autem Aidus illas<sup>3</sup> virginis in magna angustia positas, quia adventum Kerani mox sperabant et nichil reflectionis habebant<sup>4</sup> illi, dixit eis Aidus: « Colligite<sup>5</sup> hec omnia ossa ovis consumpta<sup>6</sup>, et ponite ubi prius fuerunt posite<sup>7</sup>; et hoc vasculum vacuum portate, et ponite in loco ubi prius fuit. » Et cum hoc fecissent, statim inventa est omnis illa cena separata et integra, quasi nichil ex ea gustatum esset; et data est sancto Kerano.

*Evangelia caelitus demissa per S. Brigidam accipit.*  
II, 16.

**21.** Alio autem tempore<sup>8</sup> sanctus Aidus periret ad sanctam Brigidam (3) et dixit ad eam: « Ego non habeo ewangelium. Nunquid potes illud michi<sup>9</sup> prestare? » Que respondit: « Non est hoc facile michi. » Tunc sancta Brigida surgens extendit manus suas in oratione. Et orantes simul unanimiter, dimissum est ewangelium in sinum sancte Brigide, et dedit illud in sinum sancti Aidi<sup>10</sup> episcopi, gratias agentes Deo et laudantes et benedicentes Dominum.

*Domus niae pro tecto coopta.*  
II, 17.

**22.** Alio quoque tempore<sup>11</sup> sanctus Aidus venit ad domum aliarum sanctorum virginum (4), in die qua nix magna faciem terre occupabat. Erat autem apud ipsas virginis domus nova nondum tecta, sed nive quasi tecto<sup>12</sup> tegebatur. Ille dicebat Dei sancto: « Ecce dominus hec, quam vides, sub nive nuda habetur. A summo tamen usque deorsum operuit eam nix. » Quibus respondens<sup>13</sup> sanctus ait: « Domus hec<sup>14</sup> que, ut

videtis, sub nive nuda habetur, sic erit tecta donec ista domus post longa tempora pre senectute corrut; talis nix non deficit de ea, et simul senio cadent. » Et sic hoc mirabile factum est, ut necque ignibus succensis in domo necque solis calore potuisse resolvi<sup>15</sup>, sed perduravit per longa tempora (5).

**23.** In eodem loco supradictarum virginum (6) aliud miraculum pro sancto Aido factum est. In illo enim loco quedam petra habetur (7), super quam sedens quodam die, confessum ad celestia raptus est in suo corpore; et ibi quibusdam horis permanens, descendit et super eandem petram sedit iterum. Et cassula illa, qua erat indutus et in qua elevatus est in celum, usque in hodiernum diem in illo loco permanet in testimonium virtutis (8).

**24.** Fuit quedam puella<sup>16</sup> (9) rapta ab aliquo viro impudico et infelice (10) qui voluit habere eam uxorem, et erat illa familiaris sancto Dei. Sciens autem hoc vir Dei, post eam abiit et persecutus est infelicem illum. Qui aliquem locum desertum eligens, ibique stramina quedam colligens, reversus inventit puellam mortuam. Stupefactus autem miser ille et multum coangustatus, pervenit sanctus Aidus, qui increpavit eum valde de hoc malefacto. Tunc miser ille egit penitentiam, et erat deinceps monachus fidelis sancti. Puelle autem dixit Aidus: « Surge in nomine Iesu. » Que statim surrexit quasi de sompno. Et reversi sunt laudantes Dominum.

**25.** Quidam viri (11) fecerunt<sup>17</sup> fossam circa locum sancti Aidi, et fodientes invenierunt ingens saxum in fossa, quod nulla vi plurimorum potuit deponi. Quod videns sanctus, imperavit saxo ut descenderet in alium locum, ubi nulli noceret. Et statim saxum secessit in alium locum, ubi adhuc permanet et prestat omni credenti doloris sanitatem (12).

**26.** Erat in eodem loco<sup>18</sup> stagnum, quod habe-

## VITA I

*Aidus in caelum raptur.*  
II, 18; III, 16.

Cf. 2 Cor.  
12, 2 et 4.

*Puellam resuscitat.*  
II, 19; III, 17.

E

*Saxum ingens prodigio transfert;*  
II, 20; III, 18.

Cf. Act. 3, 6.

itemque

—<sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo eius precibus cena iam consumpta integra est reperta. —  
—<sup>2</sup> paupulam cod. —<sup>3</sup> bis cod. —<sup>4</sup> sup. lin. corr. —  
—<sup>5</sup> litt. eb corr. in ras. —<sup>6</sup> collige cod. —<sup>7</sup> sic cod.

—<sup>8</sup> in marg. inf. De euangelio sibi et beate Brigide celitus missa. —<sup>9</sup> in marg. corr. —<sup>10</sup> prius Aidi.

—<sup>11</sup> in marg. inf. De domo eius precibus miraculose (una litt. in ras.) diu nivibus tecta.

(1) Hoc cognomen est S. Kiarani de Cluain Meic Nois. Sanctimonialium illarum patronum fuisse Kiaranum tradit Vita III; intellegendum esse arbitramur, abbatem. (2) Vidi. p. 508, annot. 6. Indicem ciborum non exscriptis Vita III. — (3) De hac cum Brigida coniunctione, vid. Comm. praev. num. 18-21. Capitulum haud facilis negoti explanandum omisit Vita III. — (4) Et hoc capitulum excidit Vita III. — (5) Pauca hic Vita II suo marte addidisse videtur; quae tamen non improbabilia sunt. — (6) Dolemus omne vestigium huius sanctimonialium domicilii labente tempore abolitum esse. Prefecto enim ad consociationem quandam ecclesiarum monasteriorum pertinuit quae a S. Aido condita esse veri simillimum est; quibus certe, episcopali dicam an abbatiali auctoritate, praefuit. — (7) Minutior cura Vitae III, quae lapidem istum ante ostium cellae seu monasterii positum tradit; eodem, ut videtur, loco remanserat, ibique eum suo tempore esse hagiographus aut viderat, aut audierat. De lapidibus aliis sedis formam referentibus,

vid. W. G. WOOD-MARTIN, *Traces of the Elder Faiths of Ireland*, t. II, p. 251-56. — (8) Hoc est, in portenti monumentum. Acute COLGANUS, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 423, col. 1, annot. 19: « Hie author, » ait, « non obscure indicat suam vetustatem, cum vix ulla, vel verius nulla ecclesia fuerit in finibus Mediae quae suis sacris vasis et vestibus non fuerit saepius ante annos sexcentos spoliata ipsaque exusta vel vastata continuis Hibernorum cum Normannis conflicationibus. » Hoc quidem de antiquissima Vita S. Aidi, Vitarum quae supersunt omnium exemplari, vigore arbitramur; de harum autem, quas edimus, aetate caute dicendum est. Cf. Comm. praev. num. 5. — (9) Hanc sanctimonialem fuisse opinatur Vita II, non sine similitudine veri. — (10) Is in Vita III appellatur « quidam crudelis miles ». Miles apud Hibernum latine scribentem idem est ac laicus; vocem enim *læch*, quae militem significat, mutuati sunt Hiberni a latino « laico ». — (11) Hos S. Aidi monachos fuisse tradit. Vita III. — (12) Haud scio an huius saxy vesti-  
-bat

**VITA I.** bat in se insulam (1), in qua erant viri pessimi, quos voluit sanctus Aidus ire in aliam regionem. **stagnum,** Sed noluerunt obedire ei, et resistentes sancto stabant ibi, exerceentes malitiam suam. Quibus dixit sanctus: « Si nolueritis exire de stagno, exeat a vobis stagnum; et si vos inobedientes michi sitis, stagnum hoc in quo fiduciam habetis, obediens erit michi et fugiet a vobis; et sic nolentes exhibitis. » Tunc stagnum quadam nocte deseruit eos; et illi fugerunt. Abiit autem stagnum illud (2) in campum Connactensem; et quia in nocte translatum fuerat, Noctis vocabulo nominatur (3).

**utti**  
**propheta**  
**quidam**  
**praenun-**  
**tiaveral.**  
II, 21; III, 19.

**27.** Est autem<sup>1</sup> et in hoc factum aliquid misericordie divine non pretermittendum. Accidit enim ut prophetam illum nominatum illud temporis, scilicet Bec filius Deieth (4), devenisset in illam partem agri in quam sequenti nocte stagnum iteravit<sup>2</sup> (5); et hominibus terre ipsius dixit: « Cavete ne quid vobis substantie in hac terra fiat in sequenti nocte. Veniet enim in hac nocte stagnum in hanc terram, imperio sancti Dei Aidi. » Et hoc factum est per sanctum Aidum, ne causa ipsius alicui fieret iniuria seu gravamen.

**B**

**27. —<sup>1</sup> in marg. inf.** De mirabili prophetia super translacione eiusdem stagni. —<sup>2</sup> sic cod. recle, ut videtur.

**28. —<sup>1</sup> in marg. inf.** De liberacione pauperis

gium reperiri possit, si circum monasteria S. Aidi, quea fuerunt, rustic homines diligenter interrogarentur. Mirum enim quamdiu in Hibernia prodigiosorum illorum lapidum fontiumque memoria servari solita sit. — (1) Hoc stagnum, seu verius stagni huius locum, fortasse curiosus investigator aliquando inventre potuerit. Certe aliud est ab illo lacu exsiccatu ad Lagore, de quo supra, p. 507, annot. 7, si re vera illud Stagnum Equi fuit. Etenim et Vitis S. Aidi clarum est Stagnum Equi aquis repletum fuisse, cum stagnum de quo hic agitur iam in Connaciam missum esset. Sed notatum dignum est prope Lagore, in palustri regione, esse monticulum, qui olim lacus insula fuit; in quo non pauca antiquitatis vestigia effossa sunt. Cf. *Parliamentary Gazetteer of Ireland*, t. II, p. 586-88, i. v. Lagore. Sed usque in nonum post Christum saeculum homines habitasse in insula lacus Lagorensis legitur apud Iohannem COOKE, *WAKEMAN'S Handbook of Irish Antiquities*, ed. 3 (Dublin, 1903), p. 256. — (2) Quod addit Vita II, de Momonia prefectum esse stagnum in Connaciam, nescio unde hauserit; quidni e Midia, quae S. Aidi precipuum fuisse domicilium videtur? Quod si tamen revera stagnum e Momonia est translatum, id certe apud Lagore non fuerat, qui Midiae locus est. — (3) Intellege « in ydomate terre », ut in Vita II legitur, seu « Loch na hAidche », ut in Vita III, latine Stagnum Noctis. Hoc stagnum ubi fuerit, frustra quaesisse videtur v. d. C. PLUMMER, *Vita Sanctorum Hiberniae*, t. II, p. 333, col. 2, i. v. Loch na hAidche. Nos illum esse opinamur alterum et venustius laculus quorum alter est ad meridiem domus appellatae Cloonahee House (gadelice Cháin na hAidche, id est Pratum Noctis), alter ad septentrionem, ute ter in parochia Clooncraff, baroniae et comitatus Roscommon. Unum enim stagnum in eo praedicto conceptis verbis testatur Iohannes O'DONOVAN, *Annals of the Four Masters*, t. IV, p. 1164-65, annot. g, gadelice ad suam usque aetatem appellatum esse Loch na hOidhche, id est Stagnum Noctis. Quod autem meridionalis lacus nomine legitur Lough Nahinch in *Ordnance Survey of Ireland* (One Inch), fol. 78, e chartographi errore ortum videtur, qui bis idem nomen scripsit; alter enim lacus eiusdem nominis duobus fere passuum millibus distat. COLGANUS, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 423,

**82.** Quadam die<sup>1</sup> venit ad sanctum Aidum quidam homo, qui cogebatur a quodam mago (6) reddere sibi debitum, scilicet gregem porcorum. Ipse autem miser non habens unde redderet postulavit sanctum Aidum ut sibi quasdam inducas a mago peteret. Exiit itaque Aidus ut magum rogaret, sed magus non auditiv eum. Hoc videns sanctus ait: « Veni, et reddam tibi debitum pro ipso. » Venit cum illo paulisper et gregem porcorum red*<di>* dit ei, et magus cum gaudio accepit eos. Ducebat enim optimum gregem secum ad domum suam, et diligenter clausit super eos domum. Et altera die mane veniens, domum diligenter conlussam invenit, et aperita domo nichil invenit in ea. Et hoc divinitus fuit factum (7).

**92.** Alio tempore<sup>1</sup> venit rex Tethbe (8) cum grandi exercitu ad vastandas plebes Middi (9). Que rogarerunt Aidum episcopum ut ab inimicis sibi pacem quereret. Qui confessim abiit rogare pro eis pacem. Hoc audiens rex Tethbe surrexit et ait commitibus suis: « Surgite, eamus, priusquam veniat episcopus Aidus<sup>2</sup>. » Et egredientes omnes, precedebant equites ad fluvium qui dividit inter duas plebes (10). Et in-

a debito porcorum.

**29. —<sup>1</sup> in marg. inf.** De pace inter duos reges formatu. —<sup>2</sup> prius Aidus.

*Debitori  
pauperi  
adest,  
II, 22; III, 20.*

*avarumque  
creditorum  
punit.*

*Rex  
sanctum  
audire  
renuens  
II, 23; III, 21.*

*Matth. 26,  
46.*

col. 1, annot. 20, ubi lacus fuerit rescivisse non videtur, plurima autem prodigia non absimilia recensuit, ut huic fidem concilaret. — (4) Is est cuius nomen plerumque scribitur Becc mac Dé, sanctus dicam an druida, praeagentis animi divinationibus clarissimus. Hic in christianis narratiunculis e druida sanctus videtur esse factus, qui partes ageret quae in paganis fabulis propriæ sunt druidis. Cf. supra, cap. 1 cum annot. Colitur d. 12 oct. Vid. O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. X, p. 207-211; cf. PLUMMER, op. c., t. I, p. CLXII, p. CLXXXVIII, annot. circa medium. Sancti autem nomen quale hic legitur videtur corruptum e « Becc, filius De, faith », id est latine « Becc filius De, prophet »; vid. PLUMMER, op. c., t. II, p. 347, col. 2, i. v. Be(e) mac De. — (5) Latina vox *iteravit* quae in codice legitur, videtur idem declarare quod gadelicum verbum *aitherrigim* (*aith-air-reg-*); hoc autem duplice sensum exhibet, iterandi et immutandi seu movendi. Intelligendum est: « in illam partem agri in quam sequenti nocte translatum est stagnum. » Est haec d. v. Caroli Plummer sententia, quam nobiscum litteris communicavit. — (6) Sive druida. In Vita III creditor et dominus illius hominis druida fuisse legitur, cui debebatur grex. Druidarum autem res ad christianum clerum pervenisse universim videntur; vid. PLUMMER, op. c., t. I, pp. CIII, CXLV. — (7) Addit Vita III: « Tunc sentit quod nil valet magica ars contra christianitatem. » Hic in gadelicis scriptis hagiographicis locus est communis; vid. PLUMMER, t. c., pp. XCIII, CLVIII, CLXV-CLXVII, et praesertim p. CLXVII, annot. 4. — (8) Tractus qui complectebatur maximum partem hodiemi comitatus Longford et austram partem comitatus Westmeath. HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 633, col. 1, i. v. Tethbe. Sed cf. tabulam tertiam Hiberniae quam operi suo *Celtic Ireland* adiecit v. cl. E. MACNEILLE, « Eire do réir Leabhair na gCeart. » — (9) Id est, Midiae provinciae, ad quam pertinebat S. Aidus paterna prosapia; etsi quodam modo et Tethbe regio ad Midiam pertinuisse videtur. Sed haud scio an propinquior S. Aidi familia hic indicetur, puta Nepotes Fiachai, de quibus supra, p. 504, annot. 2. In Vita III una tantum tribus petita esse videatur. — (10) Is, si Hogan placet sententia de finibus Tethbe, potuit esse fluvius qui nunc -trantes

A trantes in illum, statim equi eorum steterunt *divinitus* immobiles in flumine, nec hoc illucque pedem *impeditur*, mouere potuerunt. Tunc sanctus Aidus venit ad regem et increpavit eum dicens : « Fallere me voluisti, quasi nescirem consilium tuum. Re-

Cf. Ioh. 5, vertimini in regionem vestram, ne vobis dete-  
14. riens fiat : quia necque vos necque equi vestri de hoc loco ulterius exire <sup>2</sup> poteritis. » Tunc rex ille penitentiam egit, rogans ut equi illius solverentur ; et sic retro gratus (1) reversus est.

*Vitulorum defectus suppletur.* II,24 ; III,22. **30.** Quadam die <sup>1</sup> cum sanctus Aidus in iteru nero ambularet, venit ad eum vir <sup>2</sup> quidam afflatus, lugens et dicens ei : « Ecce habeo vaccas decem, sed earum vituli a luppis devorati sunt, excepto uno. Rogo te ut declines ad domum meam ad benedicendas eas, quia multum delirant dampno vitulorum et fructum perdimus earum. » Cui Aydus ait : « Collige cenum quod baculo meo adheret, portansque tecum, ipsum mixtum cum aqua, asperge vaccas et vitulum unum. » Quod cum fecisset vir ille, statim omnes vacce ad vitulum currerunt, unum amantes eum (2).

*Ut reum a supplicio servet,* II,25 ; III,23. **31.** Fuerunt duo fratres <sup>1</sup> in terra Connactensis, et unus ex eis in alterum consurgens occidit eum. Qui autem occidit fratrem ligatus ad regem Neill (3) ductus est, ut morti traduceretur. Pater autem et mater amborum ad sanctum Aidum venerunt tristes valde, dicentes : « Ecce nos miseri duobus filiis nostris orbati sumus. Nam unus ex eis alterum occidit, et ipse occisor occidi ad regem ductus est (4). » Hoc audiens Aidus perrexit cum eis ad regem, ut vinctum liberaret. Rex autem erat in insula stagni Lemdiu (5), et ad portum (6) veniens Aidus in insulam non permetteretur <sup>2</sup> intrare. Erat autem

edictum a rege ne quis deduceret eum in insulam. Hoc autem sciens Aidus, abiit in insulam calcans aquam quasi terram pedibus siccis. Videns autem rex tale miraculum, non potuit resistere, sed liberavit ei hominem vinctum.

**32.** Crudelis quidam vir <sup>1</sup> et infelix iugulavit hominem iuxta currum sancti Aidi. Cui auriga eius increpans eum dixit : « Pereat manus tua et cadat de te in terram. » Cui Aidus ait <sup>2</sup> : « Huic misero viro bene fecisti ; nam in hac hora hic mortuus eset, nisi tu impatiens sermonem hunc dixisses. Nam quando homo vult vindicare suam iniuriam, Deus non vult vindicare illam. Quia ergo dixisti hunc sermonem vindicete, dedit illi Deus inducias huius anni ; et completo anno, in hac die, hic homo infelix morietur. » Quod ita completum est.

**33.** Commendavit <sup>1</sup> quidam rex (7) spinam (8) auri et argenti cuidam sancte femine iuxta mare habitanti, que erat amica sancti Aidi. Cui quidam homo iniuriam facere volebat ; qui hanc auream regis spinam inveniens, rapuit et in mare (9) proiecit. Tunc illa sancta femina valde angustiata quod regis spinam reddere non valeret, venit ad sanctum Aidum, narrans ei suam questionem (10). Tunc Aidus oravit ad Dominum, et confessus angelus Dei de mari magno illam spinam deduxit ad sanctum Aidum, et ipse dedit eam mulieri.

**34.** Alio autem die <sup>1</sup> sanctus abiit ad quendam regem Baiethene (11), ut de manibus eius liberaret ancillam (12). Sed rex dicebat quod nullo modo dimitteret eam. Cui Aidus ait : « Si videres speciem illius <sup>2</sup> persuadentis tibi et do-  
centis <sup>3</sup> te in auro ipsum sermonem quem dicas <sup>4</sup>, dimitteres michi ancillam. » Qui respondens

## VITA F

*Homicida punitur.*  
II,26 ; III,24.

Cf. Deut.  
32, 35.

*Fibulam in mare proiectam*  
II, 27.

E  
angelus  
refert.

*Daemonem malum consilium suggestum*  
II,28 ; III,25.

<sup>3</sup> unde litt. erasa.

30. — <sup>1</sup> in marg. De vitulis. — <sup>2</sup> bis cod. sed semel del.

31. — <sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo siccis pedibus intravit insulam. — <sup>2</sup> sic cod.

32. — <sup>1</sup> in marg. inf. Nota contra vindicantes

proprias iniurias. — <sup>2</sup> in marg. Nota.  
33. — <sup>1</sup> in marg. inf. De spina per angelum de mari deducta.  
34. — <sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo ostendit demons speciem regi. — <sup>2</sup> una litt. erasa. — <sup>3</sup> prius dosentis (?). — <sup>4</sup> michi add. cod.

C Brosna appellatur. Si vero MacNeill propius ad verum accessit, haud scio an Inny flumen fuerit. — (1) Id est, impetratis illis quea rogarerat. Vid. supra, p. 507, annot. 4. — (2) Lac enim et vaccas, non vitulos, curasse hominem expresse refert Vita III ; idque significant voces, quae hic leguntur : « Fructum perdimus earum », h. e. lac. — (3) Intellege ad regem Nepotum Niali Australium ; supra, p. 504, annot. 2. Cf. PLUMMER, op. c., t. II, p. 335, col. 2, i. v. Mid(h)e ; p. 337, col. 1, i. v. Neil(l) Nepotes. — (4) Totam illam fratricidii historiam suppressit Vita III, ceteraque ut praemissis responderent immutavit. — (5) Loch Lene, in baronia Fore, comitatus Westmeath, HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 501, col. 1, i. v. Loch Lebind ; PLUMMER, t. c., p. 332, col. 2, i. v. Lebain. Dubitativ PLUMMER, op. c., t. I, p. 41, annot. 5, num Lemdiu recte legissent DE SMEDT et DE BACKER, *Acta Sanctorum Hiberniae ex codice Salmanticensi*, col. 350. Certissime tamen legimus Lemdiu, fol. 111<sup>r</sup>, col. 2. Novo errore novoque prodigo ipsius S. Aidii miraculis haud absimili, stagnum et Midia in Connaciam transtulit HOGAN, ibid., i. v. Loch Lemdiu, arbitratus, ut videtur, hic agi de Nepotibus Niali Septentrionalibus. Sed profecto horum rex numquam in insula Loch Lene sedem habuit, et si fratricidium in Connacia patratrum traditur. Forsitan hulus difficultatis effugiendae causa sint suppressa in Vita II locorum nomina omnia praeter Connacia. In Vita III Connaciae nomen non paret,

rex appellatur rex Midhi, id est rex Midiae, F qui idem esse potuit ac rex Nepotum Niali Australium. Haec conferenda sunt cum capite 12 eiusdem Vitae III, ubi altera narratio nulla immutata esse videtur, quo magis cum Midiae locorum nominibus conveniret ; cf. annotata ad locum. — (6) Id est ad ripae locum ubi descendit solebat ut in insulam transmitteretur. — (7) Hanc narrationem omisit Vita III. In Vita II pro « rego » legitur « quidam regulus de terra ». — (8) Intellegenda est hoc loco fibula ; gadelica enim vox *deig* et spinam et fibulam significat ; cf. CANGUM, i. v. sentis. — (9) Haud scio an hoc ad Dungallensem S. Aidi mansionem pertinuerit, Slieve League dico, de qua Comm. praev. num. 17. Cetera enim eius domicilia non in litora maris posita sunt, sed in interiore regione. Verum nequam legitur haec sanctimonialis (talem eam fuisse opinamus) prope S. Aidum, nedum in aliquo e S. Aidi monasteriis habitasse. — (10) Id est difficultatem seu negotium ; vox enim hibernica *ceist* significat et quaestione et difficultatem. — (11) « Ad regulum quandam », Vita II ; « ad ducem Baithenum », Vita III. Hoc hominis nomen est, non loci. — (12) Iterum « virginem unam » scribit Vita II, cuius scriptor ubique sanctimoniales perspicere videtur : pluribus verbis et, nostra quidem sententia, verius Vita III : « ut liberaret quandam feminam liberam quam dux cogebat ut esset ancilla. »

VITA I  
videt et  
manifes-  
tat;

Cf. Apoc.  
12, 9 et  
20, 2.

Cf. Matth.  
28, 4.

itemque  
alio vice  
II, 29; III, 26.

B  
daemones  
de peccato  
gaudentes.

Per aerem  
cum  
curra suo  
transfertur.  
II, 30.

ait ei : « Si videro speciem eius, dimittam hanc. » Cui ait sanctus Dei : « Non poteris sustinere speciem inimici illius, si ostendero tibi. » Rex autem ait : « Dimittam tibi ancillam, si michi ostendas faciem inimici. » Tunc sanctus signo crucis sicut gravit eos, et ostendit eis illius antiqui hostis speciem. Quam utique rex videns et omnes qui cum eo erant, exterriti sunt valde et facti sunt velut mortui, et vix orationibus sancti revocati sunt. Et sic ancillam liberavit.

**35.** Quadam autem die<sup>1</sup> simili modo, cum sanctus Aidus domum intrasset, invenit ibi mulieres facientes aliquid pulmenti (1). Que videntes sanctum Aidum absconderunt cibum illum in quadam parte domus<sup>2</sup> occulte. Quo abscondito, domus<sup>3</sup> supervenit dominus, qui in adventu sancti viri gavissus est. Cumque se invicem salutassent, vidit dominus domus<sup>2</sup> sanctum Aidum frequenter intendere in illam partem cibi absconditi; et interrogavit eum dicens : « O sancte Dei, quid in illa parte domus sollicite intendis? » Cui Aidus dixit : « Noli inquirere. » Sed, cum ille instanter quereret, dixit ei sanctus : « Mulieres fecerunt sibi aliquid pulmenti, quod in adventu nostro absconderunt; et sunt demones multi lambentes illud et ludentes in illo. » Et ipse ait : « Ostende michi, ut ego videam illos. » Dixit ei sanctus : « Noli querere ut<sup>4</sup> videoas species demonum. » Sed cum ille importune ipsum rogaret, ostendit ei illas horribiles species. Quas ut vidit ipse et qui cum eo erant, facies eorum commutata est et morti apropinquaverunt<sup>2</sup>, et vix orationibus sancti speciem pristinam consequuti<sup>2</sup> sunt.

**36.** Quadam die<sup>1</sup> cum sanctus Aidus elevatur in curru cum equis trans quosdam saltus (2), dixit aurige suo : « Pone caput tuum in sinu meo, et oculos tuos non aperias donec dicam tibi. » Audiens autem auriga summittates arborum frondosi saltus resonantes contra rotas currus, oculum paulisper aperuit, et viam ignotam vidit; et statim oculus eius cecitate percessus est. Cui sanctus ait : « Quare contra indicum

C

<sup>5</sup> rovocati cod.

**35.** — <sup>1</sup> in marg. inf. De mulieribus abscondentibus pulmentum in adventu sanctorum. — <sup>2</sup> sic cod. — <sup>3</sup> prius dominus. — <sup>4</sup> sup. lin. corr.

**36.** — <sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo trans saltus (1 sup. lin.) in curru fuerat elevatus.

**39.** — <sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo fallaciam magi

(1) In Vita III intrat S. Aidus « domum cuiusdam militis » (id est laici hominis, ut vidimus supra, p. 511, annot. 10), « in qua erat furtum ». Cetera praemissis respondent. — (2) Iam tertio hoc narrat ineptus hagiographus. In Vita III locus excisus est. — (3) « Quidam dux de Mumenia resistens in aliqua re sancto seni Edo », scribit Vita III, quasi iam satis superque ancillas capitasse feminas liberasset episcopum. — (4) De aliis huius modi miraculis, PLUMMER, op. c., t. I, pp. CLIX-CLXX, CLXXXVIII. — (5) Slige Assail, via regalis, ut in Vita III appellatur, Temoria e principali sede totius Hiberniae regis ducebat ad occidentem. Vid. PLUMMER, op. c., t. II, p. 340, col. 2, i. v. Slige Assail; HOGAN, op. c., p. 613, col. 1, i. v. Slige Assail. — (6) Nomen in Vita III omissum est et ideo in indice operis Plummeriani, t. II, p. 353, col. 2. Huc enim non pertinet aut Midhi campus, aut Midhi regio, quorum v. cl. meminit, l. c. His intellegi arbitramur campum qui in Midia provincia patet; cf. supra, p. 502, annot. 5. — (7) Non

meum aperuisti oculum? » Tunc Aidus benedixit D oculum eius, et sanatus est.

**37.** Rex quidam erat de regionibus Munnen-sium (3), qui ancillam sancto Dei liberare no-lebat, sed valde resistebat ei. Tunc rex ille subito cecitate percessus est. Et ipse penitentiam egit et dimisit ancillam, et multas oblationes et agros obtulit sancto Dei. Et aperti sunt oculi eius.

**38.** A quodam rege, ut moris ei erat, ancillam petivit; qui renuit eam dare sibi. Reges enim erant semper immites ei, sed divina virtute ei obedire cogebantur. Vident autem sanctus quod nullo modo impetrare potuisset ancille libera-tionem, ait ei : « Filia, sequere me quando exiero. » Illo eunte, ancilla sequita est cum dimidia turba, et nemo vidit eam euntem (4).

**39.** Fuit quidam homo infelix<sup>1</sup> qui arte magica<sup>2</sup> fatuos quosdam homines deludebat, a quibus videbatur per medium cuiusdam ligni transire. Cumque a sancto Dei signatus esset, aperti sunt oculi eorum, et viderunt fallacem illum curvatum<sup>3</sup> circa lignum transire. Et qui prius delu-debat, deludebatur a cunctis per Dei sanctum.

**40.** Crudeles quoque novem viri iugaverunt aurigam sancti in via que dicitur Slige Assil (5). Sanctus autem Aidus abit inde tristis. Qui in alia parte campi Midi (6) sedens, venit ad eum angelus Dei dicens ei : « Nisi cito veneris de loco illo sanguinis effussi<sup>1</sup>, illos novem viros degluttisset terra, et turris ignea ibidem esset ac-census, qui inextingibilis<sup>1</sup> permaneret ad diem iudicii. Tamen morte pessima nona die (7) peribunt illi novem viri crudeles. »

**41.** Puellis<sup>1</sup> quoque quibusdam<sup>2</sup> lavantibus capita sua in nocte dominica (8) dixit Aidus : « Puelle, quid vultis facere? » « Lavare capita conamar, » aiunt. Quibus ipse dixit : « Nolite hoc facere, quia dies dominicus est (9). » Sed ille non audientes, capita sua, ut cepérunt, laverunt. Mane autem surgentes, omnis coma cecidit simul de capitibus earum, nullo capillo remanente (10). Tunc puelle flentes et lugentes comas suas rogaverunt<sup>3</sup> sanctum Aidum et

Rex sancto:  
resistens  
caecitate  
percussus.  
II, 31; III, 27.

Ancillam  
liberata  
restituit.  
II, 32; III, 28.

Magi  
delusiones  
manifestat.  
II, 33.

Homicidae  
divinitus  
multateli.  
II, 34; III, 29.

Cf. Matth.  
19, 22.

Puellae  
sabbato  
vespere  
caput  
lavantes  
Aidus  
punit.  
II, 35; III, 30.

Cf. Luc.  
6, 2.

F  
demonstrabat. — <sup>2</sup> maica cod. — <sup>3</sup> illum add. cod. dein del.

**40.** — <sup>1</sup> sic cod.

**41.** — <sup>1</sup> puelli (prius pelluis) cod.; in marg. corr. pueilli. — <sup>2</sup> in marg. inf. Quomodo punite sunt puelle die dominica capita lavantes. — <sup>3</sup> bis cod. sed semel del.

est hic unus in Celtarum litteris qui inimicos mira quadam potestate post novem dies et vi-vis sustulerit. Satis erit adducere S. Cungarum, Act. SS., Nov. t. III, p. 406, num. 10, et Cael Cródhá Céguinech húa Nemnáin, in epica narratione inscripta *Acallamb na Senórach*, ed. Wh. STOKES, in Wh. STOKES und E. WINDISCH, *Irische Texte*, t. IV, 1, p. 7, lin. 212 sqq. — (8) Id est sabbato vespere, seu nocte inter sabbatum et dominicam diem intercedente. Et enim a servilibus operibus in Hibernia cessandum erat iam a nona sabbati ad tertiam feriae secundae vel etiam, ut ali codices volunt, ad meridiem eius diei. Vid. *Cáin Domnaig [Lex diei dominicæ]*, ed. J. G. O'KEEFFE, in *Eriu*, t. II (1905), p. 194, num. 6, cum annot. 4. Quam aspere restrictive solerent Hiberni sancti dominicae diei observantiam vindicare, allatis exemplis, advertit C. PLUMMER, op. c., t. I, p. CXXIII, cum annot. 4. — (9) In Vita II : « Sabatum est, non licet laborare. » — (10) Similia prodigia collegit C. PLUMMER, t. c., p. CLXXXVII, penitentiam

A penitentiam egerunt. Aidus autem benedixit  
Cf. 1 Cor. 11, 14-15. eis aquam, dicens: « Ignominiam vestram hodie  
portate, et quia dies dominicus est, non debetis  
vos in eo lavari. » Crastino autem die lavantes  
capita sua, confestim comis novis et mirabilibus  
ornata capita sunt earum.

*Currus per aera transferuntur.* II, 36.  
  
*Latrones immobiles facti et conversi ad paenitentiam.*

42. Alio autem die<sup>1</sup>, cum esset sanctus Aidus in suo loco in finibus Neill (1), vidit infelices quosdam homines vastantes locum illum in finibus Munneusium, scilicet Enach Mithbriūn (2). Et dixit aurige: « Iunge celeriter currum ut ad locum nostrum liberandum de manibus raptorum pergamus. » Volens ergo Aidus iter velociter agere, dixit aurige: « Inclina caput tuum sub cassulam meam, ne aliquid videas. » Et statim currus cum equis in aere raptus est (3), et in momento unius hore ductus est per medias auras a finibus Neill usque ad superdictum locum in finibus Mumnessium. Et inventi ibi infelices illos vastantes et rapientes cuncta que invenire poterant illuc. Et duos tamen illos duces qui ceteris preerant fixos terre invenit, nec poterant movere pedem vel manum quasi ymagines lignee. Hii autem miseri, ut viderunt sanctum Aidum, penitentiam egerunt, et obtulerunt se ei omnes in monachos usque ad diem mortis sue. Et sic sanctus Aidus reversus est in fines Neill.

*Hydromeli fervescit.* II, 37.  
  
*43. Post obitum<sup>1</sup> sancti Aidi hoc miraculum in eius nomine factum est. Fuit quidam monachus eius, homo fidelis et valde diligens sanctum Aidum, in terra illa Mumensi. Hic autem homo preparabat cenam cuidam regi gentis illius (4). Quia utique tota preparata, liquor ille materialis nullo modo potuit fermentari, quasi nichil fermenti aciperet. Hoc autem videns vir iste fidelis, magna angustia coartabatur, quod in adventu regis ap<ro> pinquantis liquor non esset fermentatus. Tunc sanctum Aidum salutavit*

<sup>4</sup> (i. e.) in marg. prima man.

42. —<sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo transvectus est in aere ad liberandum innocentes.

43. —<sup>1</sup> in marg. man. rec. Nota; in marg. inf. Quomodo liquor fermentatus est et in vinum mutatus.

annot. ad calcem § 1. — (1) Australium nempe; vid. supra, p. 504, annot. 2. — (2) Id erat S. Aidus primum monasterium, supra, p. 506, annot. 16. — (3) Quarto iam hoc narratur. Supressit Vita III quae in cap. 42-44 Vitae I habentur. — (4) Prandium enim et cibaria vestigalia iter facienti domino debebantur. — (5) Haec crux ubi esset, nobis non innotuit. Notandum tamen est mos ille crucis statuendae ubi prodigium quadruplam a sancto viro patratrum est. Hoc, si excepimus sententiam in ore S. Brigida positam (supra, cap. 17), antiquissimum vestigium esse videotur cultus S. Aido adhibiti. — (6) Verius hydromeli diceres, si quid aliciariorum usu deducere licet; aliter enim fervescit vinum, aliter cerevisia hydromelfe coquitur. Sed, ut e marginali annotatione locisque parallelis deducere licet, videtur prodigium in eo etiam fuisse, quod e grana non quidem hydromeli factum sit, sed vinum. — (7) Hoc haud scio an ad Danorum occupationem pertineat. Nullae S. Aidi reliquias superesse videntur ad hunc diem, praeter littui fragmentum, de quo Comm. praev. num. 22. — (8) Addit Vita II hunc S. Patricii fuisse nepotem. Sed vid. Comm. praev. num. 11. — (9) Gadelic Inis Bó Finde, latine Insula Vaccae Albae, nunc anglice Inchbofin, insula in Lough Ree, in parochia Noughaval, baroniae Kilkenny West, comitatus Westmeath. Addit Vita III: « Monasterium enim clarum

quasi presentem, rogans eum ut se adiuvaret. Cucurritque velociter ad crucem sibi propinquam, que vocatur Crux sancti Aidi, ubi ille magnam virtutem fecit (5), et extremam partem crucis illius radens, commisicuit licori, invocato nomine sancti Aidi. Et statim licor in omnibus vasis fervescens defluebat in terram, et vinum optimum factum est (6).

44. Fuit clericus fidelis<sup>1</sup> in Enach Midbren qui reliquias sancti Aidi ab illo loco portare voluit, ne essent inter peccatores (7). Quas utique in dorso pueri sui ponens, ignorantibus ceteris perrexit ad silvam propinquam, ibique quodam necessitate depositus illud onus sanctum; ad quod reversus, nullo modo potuit movere. Venitque ad eum senior, sed nec ambo poterant. Tunc intellexerunt hoc contra voluntatem sancti fuisse factum. Et reverti ad locum cogitantes, puer hac vice leve reperit onus sanctum. Et retro exuenientes posuerunt reliquias in priore statu usque in finem.

45. Quadam autem die venit sanctus Aidus ad sanctum Riocc (8) insule Bofinne (9), quem sanctus Riocc cum magno gaudio suscepit. Erat autem illa dies ieiunii, et in tempore quadragessimali. Sanctus autem Rioe non habuit in adventu<sup>1</sup> hospitium nisi carneas escas. Quas sanctus Aidus cum humilitate suscepit, et benedixit carnes in mensas, et facte sunt panes et pisces et favus mellis.

46. Alio quoque tempore<sup>1</sup> venit sanctus episcopus Aidus ad sanctum Dei Enoc Drommo Rath (10), qui suscepit eum in fratera caritate, sed tamen nichil habuit quod sancto hospiti daret nisi holera et aquam. Hoc autem videns in spiritu episcopus Aidus, abiit in coquinam, in qua nichil invenit, et benedixit eam et ait: « Vadat cocus (11) et ministret cibos quos voluerit, et reficiat fratres. » Qui intrans in domum (12)

44. —<sup>1</sup> in marg. inf. Quod reliquie eius transferri non poterant.

45. —<sup>1</sup> (i. a.) bis cod. sed semel del.

46. —<sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo eius precibus Deus fratres refecit.

## VITA I

*et in  
vinum  
mutatur.*

*Reliquiae  
Aidi  
transferri  
non possunt*  
II, 38.  
  
Cf. Sap. 4,  
10.

*Sanctus  
carnes  
in alios  
cibos  
convertit.*  
II, 39; III, 31.

*Cf. Luc.  
24, 42.  
Cibi  
miraculo  
dati.*  
II, 40; III, 32.

F

in illa insula est, quod ex nomine insulae nominatur. » Ubi COLGANUS advertit, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 423, col. 2, annot. 26: « Hic indicat author se floruisse quando hoc monasterium fuit in flore; totum autem defloratum et devastatum est anno 1089 per Danos. » Cf. *Annals of the Four Masters*, ed. O'DONOVAN, t. II, p. 936, et supra, p. 511, annot. 8. Sed nusquam legitur monasterium ita direptum ut nihil superesset; immo vero, si Colgano credas, anno 1089 iam pridem abolitum esse debuerat monasterium quod anno 1015 iidem Dani e Momonia egressi devastarant, *Annals of the Four Masters*, t. c., p. 788. — (10) Drommo Rath genetivus est nominis Druim Rath; hunc locum, quem in occidentali Midia sítum tradunt auctores, opinatur HOGAN, op. c., p. 368, col. 1, i. v. Druim Ráite, esse parochiam quae nunc Drumraney appellatur, in baronia Kilkenny West, comitatus Westmeath. Sancti vero nomen alii aliter tradiderunt: Enanus, Henanus, et hypocoristico Dynucus (hoc est Do-En-óc), unde Enoc. Colitur d. 19 aug. et 18 sept. Cf. O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. VIII, p. 291-94; t. IX, p. 449-50. — (11) Is « minister S. Henani » et « minister » in Vita III appellatur; in Vita II: « qui ministrare fratribus debet ». De huius monasticis officiis munere et variis nominibus nonnulla collegit PLUMMER, op. c., t. I, p. cxviii, cum annot. 4, 5. — (12) Intellege in tugurium invenit

## VITA I

*Lignum  
ingens  
transfertur.  
II, 41; III, 33.*

*Locum ad  
monaste-  
rium con-  
dendum,  
II, 42; III, 34.*

invenit eam plenam de omni genere ciborum suauium, et ministravit fratribus refectionem bonam. Et laudabant et benedicebant Dominum.

**47.** Quodam tempore <sup>1</sup> abiit episcopus Aidus ad alium virum sanctum, scilicet Molasi Dam Insy (1). Cumque sanctus Aidus in istam insulam intrasset, invenit ibi fratres laborantes, succidentes silvas ut terram insule exercercent. Tunc sanctus Aidus sancto Molassy ait : « Quid operis faciam cum fratribus ? » Erat autem ibi ingens lignum antiquum, quod super terram iacens nullo modo a fratribus potuit moveri. Et dixit ei Molassy : « Opus tuum est ut hoc lignum deponas. » Tunc sanctus Aidus iussit ligno ut discederet, et statim lignum <sup>2</sup> ingens elevavit se, et in similitudinem avis volans silvasque prosterrens proiecit se in stagnum. Et fratres hoc videntes laudabant et benedicebant Dominum.

**48.** Constituit autem <sup>1</sup> sibi Aidus locum haut procul a quadom viro divite et plebeo (2), priusquam maiorem ecclesiam, que nunc est, edificaret (3). Et ibi ait ei angelus Dei : « Si in isto loco manere volueris, erit hic tumultus secularium et modicum lucrum animarum. » Et dixit Aidus : « Ubi est locus in quo habitare debeo ? » Dixit angelus : « Locus propinquus (4), ubi ille dives et plebilis, hic tibi datus est a Domino <sup>2</sup>. Ibi enim multe anime ibunt ad celum. » Rusticus autem ille homo et plebilis audivit a quodam mago (5) quod domum suam et possessionem clericu[m] advenienti de <r> elinqueret, et ideo diligenter hostia concludi iussit, ne sanc-

**47.** — <sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo ingens lignum se proiecit in mare. — <sup>2</sup> una littera erasa.

**48.** — <sup>1</sup> in marg. inf. De loco sibi per angelum assignato. — <sup>2</sup> prius dominus.

ubi cibi servabantur ; hibernicum enim monasterium nihil aliud erat ac casulae astrictae, quarum aliae a singulis monachis incolebantur, aliae triclinii, cellae penariae, culinae, alia templi usus erat destinata. — (1) Dam Insy genitivus est nominis Daimh Inis, latine C. Insula Boum ; nunc anglice Devenish insula, in imo lacu Erne, comitatus Fermanagh. Lasreanus autem (seu hypocristico Molaisse) clarus est sanctus qui d. 12 sept. colitur ; de quo J. G[AMMACK], ap. W. SMITH and H. WACE, *Dictionary of Christian Biography*, t. III, p. 625, i. v. Laserian (1); O'HANLON, op. c., t. IX, p. 298-311; PLUMMER, op. c., t. I, p. lxxiv. Cf. Comm. praev. num. 11, et num. 17, annot. ubi referimus G. T. Stokesi conjecturam de Lasreani ad Aidum hortatis. — (2) Id est laico ; cf. supra, p. 506, annot. 4. — (3) Hoc una haec Vita I tradit, neque quicquam ex ea nobis innotuit de loco ubi maior illa ecclesia extiterit ; vid. tamen infra, annot. 8, ubi de parallelo loco in Vita III disputamus. — (4) Conisci potest ex his sequentibus sententiis arcem viri illius divisus fuisse in summo colle in loco nunc dicto Kiltubber (id est : Cella Fontis), in parochia Rathugh ; huius descriptionem pete a G. T. STOKES, in *The Journal of the Royal Society of Antiquaries of Ireland*, t. XXVI (1896), p. 331. — (5) Magus e Vita III remotus est et narratiuncula paululum immutata. — (6) Cf. supra, cap. 11, ad calcem. — (7) « Sanctum sacrificium », Vita III ; « viaticum salutare », Vita II. Id est Corpus Domini. Cf. supra, p. 508, cap. 11, cum annot. 1 et 4. — (8) Ad. dit Vita III : « Et in illo castello sanctus episcopus instituit monasterium quod ex nomine sancti Edi vocatur. » Id est Rath Aedha, seu latine Arx Aidi. PLUMMER, op. c., t. I, p. 44, annot. 16.

tus Aidus in castellum introiret. Alio autem die, nullo videente nec sciente, sanctus Aidus venit in castellum. Quem ut vidit dominus loci illius, non potuit stare in prospectu eius, sed in alteram partem fugit. Et confestim in via dolore percussus gravi iacebat in terra. Hoc videns in spiritu sanctus Aidus dixit suis : « Ite et adducite eum ad me. » Et cum adductus esset, ait illi Aidus : « Crede in Deum et age penitentiam. » Et cum credidisset, ait ei iterum Aidus : « Elige tibi quod vis : utrum nunc ad regnum celorum ibis, an in hac vita manebis (6) ? » Ille autem eligens ad celum ire, accepto sacrificio (7), obiit beate (8).

**49.** Quidam de Gallis <sup>1</sup> (9) rapuerunt quendam virum egregium de genere Amolngith, nomine Finanum (10). Quod in spiritu videns Aidus, exiit ad liberandum eum. Et una rota confracta, altera sola rota fulciebat currum (11) ab orientali parte Midi usque ad mare. Et ibi Gallos invenit retentos a ventis, qui nunquam <sup>2</sup> potuerunt navigare a portu donec dimiserunt Finanum ab eis raptum.

**50.** Quodam tempore in terra Munne <n>-sium (12) cisterna quedam ve <ne>nata inventa est, de qua fumus egrediebatur, qui mortiferam <sup>1</sup> pestem hominibus et iumentis per circuitum prestat. Tunc plebs illa rogaverunt sanctum Aidum <sup>2</sup> ut eos adiuaret. Ipse autem (13) benedicens fumum <sup>3</sup> illum, nuncquam apparuit ibi ex illa die ; et plebs gratias egit Deo et sancto Aido.

**49.** — <sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo liberavit virum de manu Gallorum.

**50.** — <sup>1</sup> mortiferum cod. — <sup>2</sup> in marg. prima man. — <sup>3</sup> prius finnum.

*invito  
domino,  
mirabiliter  
sibi arrogat*

*Virum  
a piratis  
captum  
liberat.  
II, 43.*

*Cisternam  
venenatam  
salubre  
reddit.  
II, 44; III, 35.*

*Cf. Apoc.  
9, 2.*

Rath Aedha seu Rath Aodha, vel, ut anglicano modo scribitur, Rathugh seu Rahugh seu Rahue, locus est in parochia eiusdem nominis, baroniae Moycashel, comitatus Westmeath. Ibi adhuc cernuntur vestigia monasterii conditi a S. Aido, quem non alium esse a nostro probant Annales Ultonienses, t. I, ed. W. M. HENNESSY, p. 368, ad annum 858 (recte 859) loci nomen plene scribentes Raith Aedho mic Brice, id est Arx Aidi filii Breici. Sed vide supra, Comm. praev. num. 14. Huins loci historiam ad recentiora usque tempora perduxit v. cl. G. T. STOKES, in *The Journal of the Royal Society of Antiquaries of Ireland*, t. XXVI (1896), p. 325-35, passim. Tempili descriptionem ab eo pete, p. 331, et fontis S. Aido sacri, quo accolae pie adhuc utuntur, ibid. De lapide qui ibidem visitur diximus supra, inter annotata ad cap. 1 huius Vitae. Ibi adhuc coli memoriam S. Aidi notat Antonius COGAN, *The Diocese of Meath, Ancient and Modern*, t. III, p. 602 ; et etiam, ibid., putat monasterium, quod in eo loco a S. Aido exstructum est, a Danis direptum esse et solo aequatum. — (9) Hanc narratiunculam omisit Vita III. Fussius Vita II : « Quidam pirate de terra Francorum ad Hiberniam venientes. » Quod istis temporibus non insolitus erat. Sed et Normanni pirates Hiberni vocare solebant *Gall*. — (10) Omitit Vita II nomen tribus ; hanc dubitanter coniecit v. cl. C. PLUMMER, op. c., t. II, p. 314, col. 2, i. v. Amolngith genus, eandem esse quae nomen dedit baroniae Tirawley, in comitatu Mayo. — (11) Simile prodigium supra narratur, cap. 8. — (12) « In illa regione », Vita III. — (13) « Et perexit via Dei cum eis ad illum locum et benedixit in Dei nomine illam cystemnam ; et ab illa hora » cet., Vita III.

## VITA I

*Aidi virtutes.*  
II, 45.  
51. Nullus autem<sup>1</sup> narrare poterit (1) sancti Aidi caritatem, humilitatem, patientiam, modestiam, lenitatem, ieiunium, abstinentiam et sedulitatem orationis die ac nocte, et cetera bona. Omnia enim mandata Christi implevit.

*Peccatorum secum morientem in caelum ducit.*  
II, 46; III, 36.  
52. Promisit autem<sup>1</sup> sanctus Aidus cuidam ex fratribus comitare secum ad celum. Hora itaque exitus sui dixit ei Aidus: « Para te mecum pergas viam celestem. » Ipso autem nolente, aliquis rusticus adveniens ait sancto: « Utinam michi dices comitari! Cui Aidus dixit: « Si vis, lava te (2), et pone te in lectulo

hoc mecum. » Et cum hoc fecisset, obiit cum sancto simul (3). Hoc utique sanctus Columba Kylie in insula Ye videns (4) dixit: « Firmum est opus, quod nunc facit episcopus Aidus<sup>2</sup>. Ecce peccatorem et <non> merentem (5) ducit secum in celum et sine ulla vi demonum resistente. » Sanctus vero Aidus post Christum cum suo latrone inter choros angelorum suavia carmina canentium hodie (6) ad celum migravit; ubi sine merore in eternum gaudebit, regnante domino nostro Iesu Christo cum Patre et Spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

51. —<sup>1</sup> in marg. inf. De eius virtut <ibus>. 52. —<sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo latronem secum

duxit in celum. —<sup>2</sup> aiaidus cod.

(1) Hunc communem esse locum, vix operae pretium est advertere; in Vita III omittitur. — (2) Paulo minus crude: « Prepara te », Vita III. — (3) Die 10 novembris anni 589. Cf. Comm. praev. num. 7-10. — (4) Cf. Comm. praev. num. 1. — (5) « Penas merentem », Vita II; « non merentem », Vita III. Cf. narratiunculam e Vita S. Ruadani quam in Comm. praev. editimus, num. 14. Haec ad amissum reducere conatur COLGANUS, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 423, col. 2, annot. 30. Eandem hanc fabulam

in ingentem illam Vitam gadelicam S. Columbae, quam anno 1632 concessit, recepit Manus HÚA DOMHNAILL (Manus O'DONNELL), ed. A. O'KELLEHER and G. SCHÖPFERLE, *Betha Colaim Chille. Life of Columcille* (Urbana, 1918), num. 248, pp. 250,252; iam in latina interpretatione pridem prodicat ap. COLGANUM, *Trias Thaumaturga*, p. 417, cap. 45. — (6) « Quarto idus novembris », Vita III. Sed et I et II Vitam in natali S. Aidi praelegendam fuisse clarum est. Cf. Comm. praev. num. 10.

Cf. Luc. 23, 43.

E

## II. S. AIDI VITA SECUNDA

*E codicibus Oxoniensibus Rawlinson B. 485 (= R 1) et 505 (= R 2). Cf. Comm. praev. num. 3.*

*Incipit Vita sancti Aidi episcopi, qui dicitur Aedh mac Bric<sup>1</sup> (1).*

*Aidi genus.*  
I, 1; III, 1.  
1. Sanctus episcopus Aydus, qui vocatur filius Brichii<sup>1</sup>, de Nepotibus Neyll<sup>2</sup> oriundus fuit. Huius vero mater de Muscraige Tyri in Momonia originem duxit. Hec cum esset pregnans vicinaque partui in domo sua manens, de ea quidam astrorum peritus ait (cum enim esset in itinere et domum eius apropinquaret), qui<sup>3</sup> prophetando ad suos socios dixit: « In domo hac est mulier partui vicina, que si hora matutinali crastina die<sup>4</sup> pareret, partus suus coram Deo celi et hominibus magnus esset. » Audiens hec verba quedam puella, illius mulieris specialis amica, omnia retulit pregnanti. Quae respondit dicens: « Nisi anima mea de corpore exierit<sup>5</sup>, usque ad tempus illud non egredietur de utero meo partus. » Surrexit igitur mulier seditique super unam petram, ut sic tardaretur partus. *<Cum autem>* egredi conaretur infans, quandam concavitatem fecit caput eius in lapide. Aqua vero<sup>6</sup> que post pluviam manet in illa concavitate languores varios consuevit sanare.

2. Hic in domo matris sue nutritus ac iuvenis factus, cum gregem porcorum sibi deputatum<sup>7</sup>

in silvis quereret, ad locum in quo sanctus Brandanus Birra et sanctus Kynneus<sup>2</sup> erant devenerit. Quem<sup>8</sup> ut Brandanus vidit venientem, observiam ei surrexit et cum gudio eum suscepit. Kynneus autem Brandanum increpabat, quod tali iuveni tantum honorem exhibebat. Cui Brandanus respondit: « Quare ei non assurerem, in cuius comitatu exercitum angelorum vidi? » Puer autem de porcis sollicitus ait ad sanctos: « Numquid vidistis gregem porcorum in istis locis? » Respondit ei Brandanus dicens: « Vade illuc, et ibi iuvenis gregem quem queris. » Et sicut vir Dei dixerat, ita factum est.

3. Hic puer mundanis vanitatibus inter mundanos imbutus nullis<sup>1</sup> literis erat eductus, nullis ecclesiasticis regulis informatus, usque ad tempus adolescentie sue<sup>2</sup>. Adolescens igitur factus, ad patriam suam perrexit, ut hereditatem suam de manibus suorum fratrum haberet. Qui contemporantes eum nil ei dederunt. Quod ipse indignanter sciens, quandam puellam ab eis secum rapiens abiit; putabat enim quod per hanc iniuriam fratres cicius ei de hereditate satisfacerent. Reversus vero cum puella rapta et ceteris comitibus suis, venit secus cellam sancti Ilandi episcopi. Hic vir sanctus, videns sanctos

*Brendanum Birrensem et Cainnechum.*  
I, 2; III, 1-2.

*Eius educatio.*  
I, 3; III, 3.

*Hereditatem paternam obtinere nescit;*

*om. codd. —<sup>7</sup> illa R 2.*  
*2. —<sup>1</sup> ante corr. deputatus R 1. —<sup>2</sup> Kynneus R 2. —<sup>3</sup> ante corr. que R 1.*

*3. —<sup>1</sup> in illis R 2. —<sup>2</sup> fuit codd.*

sint; satis fuerit in margine indicare quis cuique locus respondeat.

angelos

*Lemma.* —<sup>1</sup> Aodh mac Bric meic Cormaic meic Crimthaing meic Fiachach meic Neill Naoighiallaicch add. R 2 alia man.

4. —<sup>1</sup> Brici R 2. —<sup>2</sup> Neyl R 2. —<sup>3</sup> quasi R 2. —<sup>4</sup> diei R 1. —<sup>5</sup> exigerit R 2. —<sup>6</sup> (c. a.)

(1) Haec Vita Vitam I sic vestigis sequitur, ut quae ad illam annotavimus in hac iteranda non

VITA II  
sed  
suadente  
Illundo,  
divitias  
renuntians

eidem  
sancto  
episcopo  
adhæret,  
et ex  
oboedientia  
arandi  
opus  
suscepit.  
I, 4-7; III, 4.

Bovis  
defectus  
miraculo  
suppletur,

1 Cor. 13, 7.

itemque  
vomeris.

Luc. 6, 30.

Auctore  
S. Illundo  
ab eo  
secedit

sibique mo-  
nasterium  
condit.

Pacem  
a rege  
pro sua  
gente  
petiturus,  
I, 8-9; II, 5.

angelos in comitatu iuvenis, ait ministro suo : « Vade et dic illi iuveni qui est in itinere, ut ad nos declinet paulisper. Habeo enim cum eo loqui. » Cumque hec illi minister diceret, ad episcopum humiliter ipse peruenit. Qui dixit illi : « Quid queris, fili, hereditatem paternam in terris ? Ecce habes patrem cui <sup>3</sup> est celum et terra hereditas, qui dabit tibi hereditatem incorporealem in celo pro dimissione corporalis in terris. Noli ergo cum iniuria querere hanc terrenam hereditatem, ne perdas celestem. Sed et hanc puellam dimitte liberam ad domum suam ire. » Respondens autem iuvenis ad hec senis verba, ait : « Quecumque dixeris mihi, pater, paratus sum facere. » Remisit ergo puellam ad suos, et mansit ipse cum viro Dei, iussionibus eius per omnia obsequendo.

4. Quodam quoque tempore ait ad iuvenem senior : « Fili mi, numquid potes terram arare et manum super aratrum ponere ? » Qui respondens ait : « Pater mi, omni imperio tuo possum obediere. » Perexit ergo ad arandum, et per meritum sancte obedientie factus est peritus ac perfectus in arte arandi. Die vero quadam venit ad eum de vicinis quidam terre colonus, petens bovem unum, quem in aratro suo defuisse nuntiabat. Tunc iuvenis Aydus homini compaciens dixit puer boves in aratro gubernanti, ut gressum sisteret, quo usque ipse petitioni hominis satisfaceret. Solvit itaque unum a iugo bovem deditque petenti. Ipse vero in tribus arabat bovinis ; nam ipsa caritas, pro cuius honore bovem dedit, loco bovis arabat. Omnia enim suffert, omnia sustinet. Quodam alio tempore accessit ad eum quidam ; conquestus est eo quod ferrum, quod culturum <sup>1</sup> vocamus, in aratro suo non haberet. Aydus vero, pro amore illius <sup>2</sup> qui dixit : « Omni potenti <sup>3</sup> te, tribue », ferrum aratri sui homini dedit. Et ipse sine ferro, divina operante virtute, sicut ante terram arabat. Sanctus vero Ylandus, videntis hec preludia sanctitatis in adolescente in operibus humilitatis occupato <sup>4</sup>, accersivit eum, dicens ei : « O fili, quid est quod tot et tanta miracula immaturo adhuc in tempore fecisti ? Videlicet enim ad culmen virtutum ascendere, quando needum opus perfectum cepisti. Vade ergo in pace ad terram nativitatis tue <sup>5</sup>, ibique cellam tibi construe, quia non convenit ut de cetero sub manu hominis, sed Dei in te operantis, vivas. » Post hec abiit sanctus iuvenis ad terram nativitatis sue, et edificavit sibi cellam que Enach Mydbren dicitur, ibique mansit per tempora <sup>6</sup>, atque fecit multa miracula.

5. Quodam alio tempore, cum esset ibi, accedit ut rex Momoniensium, congregato magno exercitu, attemptaret pervaderet <sup>1</sup> fines Midie atque Neptum Neyl, ut sibi tributariorum faceret. Quod audiens rex terre illius, in dubium habens bellum futuri negotium, misit nuntios ad sanctum Aydum, ut treugas <sup>2</sup> pacis a rege Momonie optineret sibi usque ad annum. Tunc sanctus Aydus ad regem Momonie accessit, ut pacem cum illo <sup>3</sup> haberet. Factum est autem, cum iter filius

pacis ageret, ut una rota currus eius frangeretur. Mirum quoque est quod accidit, quia currus altera sola rota suffulitus sine impedimento aliquo per viam currebat. Et cum ad locum iuxta exercitum sic perveniret, mirabantur ultra modum, videntes currum cum una rota incedere. Propter ergo admirationem, virum Dei cum honore magno receperunt. Cumque de negotio pacis tractaret cum rege, nullo modo ab eo optimuit, quin super inimicos suos irrueret. Dicebat enim : « Ex quo hanc multititudinem in unum congregavi, non revertetur in vacuum. » Frustrato igitur pacis negotio, reversus est homo Dei ad sua. Et ecce ira Dei super regem superbum statim deservit ; nam unus de amicis suis carioribus mortuus est, et terra aperiens se deglutivit duos equos, quos sub curru suo rex ipse habebat. Tunc rex, timore non modo perterritus, misit post virum Dei nuntios ut rediret, promittens se impleturum quecumque ei preciperet <sup>4</sup>. Cumque vir pius ad regem reddisset, ecce de leone factus agnus, prostravit se ante pedes equorum currus viri sancti. Et ter sic se in terram prosternens, ter super eum transivit currus viri Dei. Tunc sanctus episcopus Aydus ait ad regem : « Quia tribus vicibus te humiliiter prostrasti, tres reges de stirpe tua consurgent. Et quot vicius hoc fecisses, tot reges essent de genere tuo. » Cui rex ait : « Ecce habes huius anni pacem, quam postulasti. » Et respondit ei sanctus : « Rogavi Dominum, et dedit mihi non unius anni pacem, sed usque ad diem iudicii, quia potestas vestra super gentem meam de cetero non erit. » Tunc rex ad eum ait : « Rogo te, vir sancte, ut speciem meum amicum, quem in mortem <sup>5</sup> misisti, iterum a morte revoces. » Precibus igitur eius pater pius inclinatus, Dominum omnipotentem oravit ; et, signo crucis Christi super defunctum edito, mox surrexit ac, veniam a viro Dei postulans, regis duriciam increpavit. Tunc rex, tantum miraculam pro prima sui petitione factum videns, ad secundam se convertit dicens : « Rogo insuper pietatem tuam, ut sicut coram te merui exaudiri in prima mea supplicatione, scilicet ut dilectum meum amicum resuscitares, ita et in resuscitando equos meos. » Cui sanctus episcopus Aydus ait : « Unus ex eis vivus ad te revertetur ; alter vero non, sed manebit in terra, et stagnum aquarum multarum erit super eum in testimonium virtutis Dei. » Et sic factum est, sicut dixit sanctus. Est enim ibi stagnum usque in hodiernum diem, et vocatur stagnum Gabre. Quare dicitur Loch Gabra ? Propter equum ibi sepultum sub terra.

6. Quodam tempore autumnali <sup>1</sup>, cum familia eius laboraret in messe, ecce pluvia grandis descendit, que messores communiter impediens. Quod cum vidisset sanctus Aydus, oravit Deum, qui dat pluviam voluntariam suis, et in virtute eius signavit aerem sieno crucis ; et nulla gutta pluvie per totum diem cecidit super eius messores, licet in circuitu eorum magna esset inundantia pluvialis.

*iter  
conficit  
currus  
una rota  
suffulso.*

*Rex  
ob pacem  
negalam  
punitur,  
Cf. Isai,  
55, 11.*

*sed facti  
paenitens,*

E

*generis sui  
futurum  
deus  
audit;*

*regis  
amicum  
equumque  
unum  
sanctus  
resuscitat,*

*equo  
altero  
undis  
immisso.*

*Messoribus  
Aidi  
pluvia  
pareit.  
I, 10; III, 6.*

Cf. Ps. 67,  
10.

<sup>3</sup> cum R 1 et ante corr. R 2.  
<sup>4</sup> — <sup>1</sup> sic codd. — <sup>2</sup> om. R 2. — <sup>3</sup> potenti codd. — <sup>4</sup> ccc sup. lin. R 1. — <sup>5</sup> et add. codd. — <sup>6</sup> sic codd.; forsitan supplenda vox multa.

<sup>5</sup> — <sup>1</sup> vadere om. R 2. — <sup>2</sup> treguas R 2. — <sup>3</sup> illis R 2. — <sup>4</sup> perciperet R 1; pre ex per corr. R 2. — <sup>5</sup> morte R 2.

<sup>6</sup> — <sup>1</sup> auptumali R 1; auptumali R 2.

7.

*Ad  
amicum  
mortuum  
I, 11; III, 7.*

*per aerem  
transfer-  
tur;*

*eum  
resuscitat,*

*petentique  
ut rursus  
moriatur  
impetrat.*

*Aqua  
in vinum  
conversa.  
I, 12; III, 8.*

*Cf. Ps. 103,  
15.*

*Munitori  
I, 13; III, 9.*

**7.** Fuit quidam homo dives in terra illa ubi homo Dei manebat, qui sancto multa bona et terras multas dedit. Huic viro promisit sanctus Aydus, quod ipse daret ei sacrificium in exitu anime de corpore. Accidit autem ut sanctus Aydus esset in regione longinquâ cum esset ille dives <sup>1</sup> mortuus. Quod cum vir Dei, Spiritu revelante, cognosceret, cepit ad locum ubi erat mortuus festinare. Cumque iter per quedam nemora agere haberet, ad votum suum festinare non potuit, quia ibi <sup>2</sup> equi cum curru a recto <sup>3</sup> itinere prepediebantur. Quod cernens sanctus Aydus dixit aurige: « Inclina caput tuum in sinum meum, ne aliquid quod paveas videas. » Et cum servus <sup>4</sup> magistro obediret, confestim currus cum equis a terra elevatus est in aera, et sic per manus angelorum per multa terre <sup>5</sup> spacia deportatus est, quoque ad desideratum venerunt regionem. Descendens igitur <sup>2</sup> vir <sup>6</sup> Dei tamquam alter Helias de curru, ministrum suum ad domum defuncti destinavit dicens: « Vade, et dic defuncto viro: an ipse ad me veniat, an ego ad eum? » Abiit ergo puer ad dominum hominis mortui, et dixit ei: « Misit me homo Dei Aydus episcopus ad te, querens: an ipse ad te veniam, an tu ad eum? » Statimque qui mortuus fuerat surrexit, et signans se signo crucis respondit et dixit: « Non ipse debet ad me laborare, quia magno itinere est fatigatus pro me, sed ego ad eum veniam. » Et hec dicens induit se, et pervenit ad locum ubi mirificus antistes stabant. Et salutantes se mutuo, dixit ei sanctus: « Quid modo vis eligere? An iterum in hac vita presenti mavis manere, an ad <sup>2</sup> locum unde existi redire? » Ille respondit: « Rogo te ut permittas me ire ad celestem mansionem, quam tu mihi meruisti ac dedisti. » Et tunc accipiens viaticum salutare de manu viri Dei, dormivit iterum in pace.

**8.** Quodam autem tempore pervenit sanctus Aydus ad cenobium quarundam virginum. Cum magna devocione virum Dei receperunt, dolentes quod dignum pro tanto hospite potum non haberent. Quod percipiens plus pater, compaciens bone voluntati earum, ait: « Afferte, » inquit, « mihi aquam de fonte proximo. » Que cum allata esset et ab eo in <Dei > nomine benediceretur, mox mutata est in vinum optimum. Hoc vinum divinitus donatum letificavit corda bibentium atque in fide solidavit. Miraculum consimile, de mutatione scilicet aquae in vinum, iam tertio operatus est sanctus Aydus episcopus.

**9.** Quidam fossator agrorum venit quodam tempore <sup>1</sup> ad eum, querens ab eo si sciret aliquem qui vellet fossam <sup>2</sup> erga domum suam vel castrum facere. Cui respondit episcopus Aydus: « Vade ad quandam amicum mihi specialem in tali loco, et fac ei fideliter artem tuam, et ab illo mercedem recipies. » Abiit ergo homo ad illum et fossavit arcem suam triplici fossa, que

hodie vocatur Raith mhBailb <sup>8</sup>, hoc est Arx Balbutiantis <sup>3</sup> vel Muti. Peracto igitur cuncto <sup>4</sup> labore, merces redditâ est ei, scilicet plenitudo huius arcis de animalibus, quam <sup>5</sup> capere intra muros posset. Congregata quoque multitudine animalium, impletus est locus. Cumque ad plenum solverent homo precium, deduxit illum cum suis animalibus sanum usque ad fines alterius plebis. Relicto ergo homine cum peccoribus inibi, atque divate prefato ad sua reverso, ecce animalia illa huic illucque discurrent, et nec unum quidem cum eo remansit. Cum autem miser homo lugeret et quid faceret nesciret, ecce videt quandam currum ad se venientem, in quo erat Aydus episcopus. Cui ille flebili voce dixit: « Ecce mercede magni laboris mei perdidisti <sup>6</sup>; nam omnia animalia reversa sunt ad loca sua, nec unum quidem <sup>7</sup> mihi remansit. » Tunc pius pater descendens de curru Deum oravit, et ecce omnia animalia illa reversa sunt, ac si previo ductore alico <sup>8</sup> reducerentur, nec unum quidem animal omnibus defuit.

**10.** Quodam alio tempore, cum vir Dei iter ageret, occurserunt duo leprosi qui duos <equos ><sup>1</sup> ad se vehendos ab eo postulabant. Tunc pius pater dedit eis <sup>2</sup> duos equos currus in quo ipse deportabatur. Ipse vero ibidem moram ad tempus trahens, dixit comititibus suis: « Expectemus hic interim, quo usque duo viri qui nos querunt ad nos venerint. » Et ecce post paululum temporis veniunt duo viri qui dicunt eis: « Numquid nostis locum ubi moratur modo sanctus episcopus Aydus? Nos autem de longinquâ venimus dare ei hos duos equos. » Quibus unus de familia viri Dei respondit: « Hic est ille quem queritis, coram vobis. » Et obtulerunt ei duos equos indomitos, qui mox ut ad currum viri <Dei > sunt aptati, mansueti et domiti sunt facti, <ac ><sup>1</sup> si ante iugum frequentarent portare.

**11.** Quodam die venit sanctus Aydus ad locum virginum que habitabant Drûym Ard <sup>1</sup>. Que cum magna devocione virum Dei hospicio receperunt. Intuens vero sanctus <sup>2</sup> virginem que ei ministrabat, intellexit quod in utero infantem gestaret. Tunc cito de loco illo surrexit, quia non erat digna societas luci gratie cum tenebris culpe. Illa vero culpe sue conscientia, videns <sup>3</sup> se testimonio veritatis comprobata criminis ream, confessâ est suum coram omnibus peccatum, et egit penitentiam. Quod cum vir Dei videret, acceptans <sup>4</sup> eius penitentiam, uterum <sup>5</sup> benedixit et statim infans <sup>2</sup> in utero evanuit quasi non esset.

**12.** In illo tempore puelle de illo monialium cenobio iverunt, ut lactis annonam <sup>1</sup> ad virgines Christi deferrent. Quidam autem latronculi de latebris suis assurgentib[us] puellas illas occiderunt et capita illarum secum portaverunt. Quod factum, Spiritu revelante, vir sanctus agnoscens, ad locum ubi corpora puellarum iacebant perire, ut capita puellarum ad corpora reportare

## VITA II

*armentum  
pro  
mercede  
acceptum  
educenti,*

*Aydus  
adest.*

*Pro equis  
quis  
leprosis  
dederat,  
1, 14; III, 10.*

*alii  
submissi.*

*Moniali in-  
continenti  
miro  
prodigo  
adest.  
I, 15; III, 11.*

*Cf. 2 Cor.  
6, 14.*

*Tres  
puellas  
a latronibus  
iugulatas  
I, 16; III, 12.*

valeret

7. — <sup>1</sup> (c. e. i. d.) c. i. e. d. R 2. — <sup>2</sup> om. R 2. — <sup>3</sup> (a. r.) arcto R 2. — <sup>4</sup> super codd. — <sup>5</sup> terra R 1. — <sup>6</sup> om. R 1.

8. — <sup>1</sup> om. codd.

9. — <sup>1</sup> (q. t.) sup. lin. R 2. — <sup>2</sup> fossa codd. —

<sup>3</sup> Balbuticis R 2. — <sup>4</sup> tanto R 2. — <sup>5</sup> quantum

R. 2. — <sup>6</sup> perfidi R 1. — <sup>7</sup> in marg. R 1. — <sup>8</sup> sic codd.

10. — <sup>1</sup> om. codd. — <sup>2</sup> om. R 2.

11. — <sup>1</sup> Drûymard R 2. — <sup>2</sup> om. R 2. —

<sup>3</sup> vides R 1. — <sup>4</sup> acceptas R 1. — <sup>5</sup> iterum R 2.

12. — <sup>1</sup> annonam R 2.

VITA II valeret<sup>2</sup>. Latrunculi autem nutu Dei in quodam loco sic detenti fuerant, ut nec pedem ultra locum illum valerent movere. Intuens autem pater pius miseros illos peccatis suis sic irretitos<sup>3</sup>, super crudeli facto suo increpavit eos. Et illi penitentiam agentes<sup>4</sup> rogaverunt eum ut permetteret eos abire. Qui reddens bonum pro malo permisit libere abire. Ipse vero cum capitibus puellarum reversus est ad locum ubi corpora manebant. Et cum aqua non esset prope ad lavanda capita, ipse humo sicutum crucis imprimens, statim fons vivus de terra erupit, qui usque hodie Fons Puellarum vocatur. Postquam vero capita ibi sufficienter essent lota, et ipse ea corporibus suis congruentia aptasset, confidens de omnipotenti Salvatoris dixit: « In nomine Iesu Christi surgite. » Et statim quasi de sompno surrexerunt, et sua vassa cum lacte resumentes, ad cenobium suum non sine admiratione omnium pervenerunt.

*Alienum  
capitis  
dolorem  
in se  
recipit.*

I, 17; III, 13.  
Cf. Matth.  
26, 39.

**13.** Quodam alio tempore venit<sup>1</sup> ad eum vir quidam qui dolore capitis vehementer vexabatur, et ait ad virum Dei: « O sancte Dei, nimio capitis dolore affliger. Rogo te ergo ut pro meores Deum, ut vel hic dolor a me transeat, si possibile est, aut saltem ut tolerabilior mihi fiat. » Et ait ad eum sanctus episcopus: « Dolor tuus nullo modo poterit a te exire, nisi in me transferatur. Magnum premium doloris tui habebis, si patienter sustinueris. » Et ille respondit: « O sancte Dei, dolor iste supra vires mihi est. » Tunc sanctus miseritus hominis infirmi et eius infirmitatem in se suscipiens, patienter sustinuit. Unde, ut ferunt periti, pro patientia sua in gravi illo capitis dolore promeruit, ut quicunque in nomine sancti Aydi invocaverit in dolore capitis Trinitatem, sanabitur. Sancta enim Brigida, cum<sup>1</sup> gravissimo capitis dolore laboraret, invocans nomen sancti Eyd<sup>2</sup> episcopi, mox sanata est et usque ad finem eandem passionem non sensit. Quod ipsa veridica attestatione solebat assere, dicens quod: « Invocacio nominis sancti Aydi<sup>2</sup> episcopi<sup>1</sup> a gravissimis capitis mei dolobibus me sanam fecit. »

*Eius  
invocatione  
capitis  
dolores  
sanantur,*

quod et  
S. Brigida  
experta est.

*Per aera  
cum curru  
suo trans-  
fertur.*

I, 19.

Cf. Ps. 90,  
11.

*Scientia  
infusa.*

*Cibos con-  
sumptos  
in  
integrum  
restituit.*

I, 20; III, 15.

**14.** Quadam vice, cum iter ageret in finibus Laginie in curru sedens, pervenit ad quoddam nemus, quod equi propter sui densitatem transire non valebant. Ne enim<sup>1</sup> via eius impediretur, divina potentia elevans eum in curru suo cum equis in altum, <per<sup>2</sup>> aera translatus est usque ad alium locum. Sic enim comitabatur servum suum frequenter in viis suis. Hic dum plurimorum esset magister discipulorum, ipse tamen, ut ferunt periti, nec literas didicit, nec in terris magistrum habuit<sup>3</sup>, sed intus<sup>4</sup> erat qui eum docebat.

**15.** Sanctus quoque Aydus episcopus aliquando venit ad cenobium quarundam virginum, que pro sancto Kerano Chaynensi paraverant prandium, cuius adventum sperabant illo die. Cena autem quam paraverunt erat ovis una cum pau-

cis panibus <et vasculo<sup>1</sup>> cervisia non grandi. D Tunc virgines in arco erant posite, cui scilicet prandium illud darent, an presenti tam nobili hospiti, an sancto Kerano mox superventuro? Sed instigante spiritu sanioris consilii, illud <quod<sup>2</sup>> pro sancto Kerano paraverant, dererunt sancto Aydo episcopo. Finito autem prandio atque graciarum actionibus cum devotionibus celebratis, sanctus episcopus dixit virginibus: « Colligithe hec ossa ovis et ponite in unum locum; et similiter hoc vasculum, in quo fuit ille liquor quem nos bibimus, ponite ubi prius fuit. » Et cum hec omnia completa essent, statim inventa est illa cena integra ut prius atque illibata, quasi nihil esset tactum de ea. Ex hinc cibus celitus datus fuit sufficiens pro sancto Kerano refiendo.

**16.** Quodam alio tempore erant<sup>1</sup> simul in unum sanctus Aydus episcopus et sancta Brigida virgo, de hiis que ad edificationem sunt armarum sermocinantes<sup>2</sup>. Inter<sup>3</sup> cetera autem vite spiritualis colloquia, dixit vir sanctus ad eam: « O Brigida, numquid<sup>4</sup> potes mihi librum evangeliorum Christi praestare? » Que respondit: « Non est mihi hoc facile, sed Deo cui<sup>5</sup> omne verbum est possibile. » Tunc expandens sancta Brigida manus mundas in oratione, oravit<sup>6</sup> simul cum ea sanctus Aidus<sup>7</sup>, et mox obtinuerunt illud pro quo oraverunt. Demissum est enim de celo evangelium in sinum sancte Brigide, et dedit illud sancto Aido<sup>8</sup>, gratias agentes<sup>2</sup>, Deum pro tanto dono collaudantes.

**17.** Alio quoque tempore venit homo Dei ad cenobium quarundam virginum, ut eas bonis moribus adornaret et exemplis in fide solidaret. Erat quoque apud eas domus quedam de novo<sup>1</sup> facta, sed nondum tecta; grandi tamen nive cadente, videbatur quasi tecto<sup>2</sup> cooperta. Et dixerunt ad eum: « Ecce domus ista quam vides, pater, sub nive nuda habetur, et tamen quasi tecta apparet. » Quibus pius pater respondit: « Domus hec, quam nive videtis vestitac, sic permanebit per tempora longa<sup>3</sup>, donec<sup>4</sup> ipsa domus pre vetustate corrut. » Et sic factum est; nam domus illa nive tecta per multa tempora duravit, nec ignibus ibi accensis, nec calore solis potuit nix illaquefieri.

**18.** In eodem quoque loco aliud miraculum per virum Dei est factum. Cum enim super quondam petram quodam die celestis contemplans staret, mox in suo corpore in celum rapitur et ibi quibusdam horis<sup>1</sup> permanens, postea descendit super eandem petram iterum. Et casula illa, qua induitus erat in elevatione in celum, adhuc in testimonium virtutis illius permanet in eodem loco.

**19.** Erat quedam puella Deo et sancto viro Aydo devota, quam quia vir quasi<sup>1</sup> Bellial alter in uxorem habere non valuit, rapere presumpsit. Quod cum ad notitiam pii patris<sup>2</sup> pervenisset, mox succingens se post eum properavit.

**16.** —<sup>1</sup> erat R 1. —<sup>2</sup> sic codd. —<sup>3</sup> in R 1. —<sup>4</sup> numquam R 2. —<sup>5</sup> tibi R 2. —<sup>6</sup> oravitque codd. —<sup>7</sup> Aydus R 2. —<sup>8</sup> Aydo R 2.

**17.** —<sup>1</sup> nova R 1. —<sup>2</sup> tota codd. —<sup>3</sup> (p. t. l.) p. l. t. R 2. —<sup>4</sup> domus codd.

**18.** —<sup>1</sup> horis R 2.

**19.** —<sup>1</sup> qui codd. —<sup>2</sup> om. R 2.

Raptor

*Evangelia  
caelitus  
demissa  
per S. Bri-  
gidam  
accipit.*

I, 21.  
Cf. Eph. 4,  
29.

Cf. Luc. 1,  
37.

Cf. 1 Tim.  
2, 8.

*Domus  
nive  
pro tecto  
cooperta.*

I, 22.

*In caelum  
rapitur.*

I, 23; III, 16.

Cf. 2 Cor.

12, 2 et 4.

*Puellam  
resuscitat.*

I, 24; III, 17.

A Raptor vero cum ad loca deserta pervenisset et stramina quedam pro habitaculo sibi edificando colligere studuisse, mox reddiens<sup>3</sup> invenit pueram mortuam. Stupefactus est miser homo in se, et quo se divertit<sup>4</sup> nescivit. Et tunc ex improviso supervenit<sup>4</sup> vir sanctus, qui peccatorem increpans et vivis rationibus convincens, tandem ad satisfaciendum pro tanto facinore induxit. Sic enim satisfecit ut, contemptis omnibus monialibus, iam monachus fidelis viri sancti foret. Ad puellam vero iam mortuam se convertens convincens, tandem ad satisfaciendum pro tanto facinore induxit.

Cf. Act.  
3, 6.

Cf. Eccli.  
39, 19.

Saxum  
prodigio  
transfert;  
I, 25; III, 18.

Cf. 1 Tim.  
2, 8.

itemque  
stagnum,  
I, 26-27;  
III, 19.

Cf. 2 Cor.  
6, 14.

Cf. Ps. 25, 8.

Cf. Luc.  
24, 11.

Exod. 14  
et 15.

uti  
propheta  
quidam  
praenun-  
tiaverat.

Habac. 2, 3.

rio sancti Aydi episcopi.» Et facta est hec revelatio illi prophetice, ne aliquod gravamen per preses sancti Aydi incurrerent incole illius regionis.

**22.** Quodam alio tempore venit quidam debitor cuiusdam magi ad virum Dei, a quo exigebat gregem porcorum. Et cum facultatem redendi tantum debitum non haberet, rogavit sanctum Aydum ut inducias a mago sibi posceret. Exiens<sup>1</sup> pius pater cum eo ad magum, inducias alias non optinuit. Cuius enim filius erat, eius opera, scilicet impietatem, exercebat<sup>2</sup>. Cf. Ioh. 8, 44. Et cum filius vere pietatis a mago aliquam indulgentiam non optineret, ait ei: « Veni mecum, et ego reddam tibi debitum pro eo.» Venit ergo magus cum homine Dei, et dedit ei gregem porcorum. Quo accepto, cum gaudio reddit ad suos; ducebat enim secum optimum<sup>3</sup> gregem porcorum<sup>4</sup>. Et cum ad domum suam venisset, aram<sup>5</sup> suam diligenter clausit super eos. Cumque mane venisset<sup>6</sup>, domum diligenter clausam sicut reliquit invenit, sed porcos non comperit. Sic ergo ars benignitatis delusus artem malignitatis, ut nusquam comparerent illi porci.

**23.** Alio tempore venit princeps terre illius que Tedpha dicitur cum grandi exercitu ad devastandum fines Midencium<sup>1</sup>. Cuius impetum timentes illi, miserunt ad episcopum Aydum, ut rogareret eum ne noceret eis. Cumque filius pacis properaret ut verbum pacis inter plebes illas seminaret, timens superbis regulus ne vir Dei conatus suum impeditum, ait ad suos: « Surgite, eamus, priusquam episcopus veniat Aydus.» Ad cuius imperium properantes ceteri implendum<sup>2</sup>, equites multi antecedebant ad flumen, quod dividit inter duas plebes, et, intrantes illud, equi eorum steterunt immobiles quasi lapides, nec movere se potuerunt. Tunc sanctus Aydus venit ad regem et increpavit eum dicens: « Fallere me volisti, quasi nescirem consilium tuum. Revertimini in terram vestram, ne vobis deterius eveniat; quia necque vos necque equi vestri de hoc loco ulterius poteritis exire.» Tunc in se turbatus penitentiam egit, rogans ut equi illius solverentur. Quod cum fieret, reversus est cum suis in regionem suam.

**24.** Quadam die, cum vir Dei in itinere ambularet, occurrit ei infortunatus<sup>1</sup>, qui tristis ac lugens nimis erat. Et benedixit<sup>2</sup> viro Dei infortunium suum: « Ecce habeo decem vaccas, sed earum vituli a lupis devorati sunt, excepto uno. Rogo ergo te ut declines ad domum ad benedicendum eas, quia post <vitulos<sup>3</sup>> multum delirant, et usum lactis earum nos perdimus.» Cui sanctus antistes ait: « Collige lutum quod baculo meo inheret, portansque illud tecum, ipso mixto cum aqua asperga vaccas tuas et vitulum quem habes.» Quod cum fecisset vir<sup>4</sup> ille, statim omnes vacce ad illum solum vitulum superstitem, ac si esset proprius, cucurrerunt, tenerrime amantes eum<sup>5</sup>.

## VITA II

Debitori  
pauperi  
adest,  
I, 28; III, 20.

avarumque  
creditoris  
punit.

E

Rex  
sanctum  
audire  
renuens  
I, 29; III, 21.

Cf. Luc.  
10, 6.  
Matth. 26,  
46.

divinitus  
impeditur.

Cf. Ioh. 5,  
14.

Vitulorum  
defectus  
suppletur.  
I, 30; III, 22.

<sup>3</sup> sic codd. — <sup>4</sup> super om. R 2.  
<sup>20.</sup> — <sup>1</sup> om. R 2. — <sup>2</sup> om. codd.

**21.** — <sup>1</sup> quod ante corr. R 1. — <sup>2</sup> ragabat R 1.  
— <sup>3</sup> volueritis R 2. — <sup>4</sup> scitis R 1. — <sup>5</sup> fiduciam R 1. — <sup>6</sup> om. R 2. — <sup>7</sup> fecerunt R 1. — <sup>8</sup> Con-

naceam R 2.  
**22.** — <sup>1</sup> exigens R 1. — <sup>2</sup> excederat R 1;

Novembri Tomus IV.

exerceat R 2. — <sup>3</sup> optimam codd. — <sup>4</sup> et cum - super eos ante quo accepto - gregem porcorum R 2 ante corr. — <sup>5</sup> sic codd. — <sup>6</sup> veniens codd.

**23.** — <sup>1</sup> Midencium R 2. — <sup>2</sup> implendum (in plurenum) R 1; in plenum R 2.

**24.** — <sup>1</sup> fortunatus R 2. — <sup>2</sup> sic codd. — <sup>3</sup> om. codd. — <sup>4</sup> ante corr. virum (?) R 1. — <sup>5</sup> om. R 2.

66 25.

VITA II  
Ut reum  
a suppicio  
servet,  
1, 31; III, 23.

supra mare  
graditur.  
Cf. Matth.  
14, 25.

Homicida  
punitur.  
1, 32; III, 24.

Cf. Deut.  
32, 35.

Fibulam  
in mare  
proiectam  
1, 33.

angelus  
refert.

Daemonem  
malum  
consilium  
suggeren-  
tem  
1, 34; III, 25.

videt et  
manifes-  
tat;

**25.** Fuerunt<sup>1</sup> duo fratres in terra Connacie, quorum unus instinctu<sup>2</sup> diaboli occidit alium. Cumque occisor ad regem ut penitueretur<sup>3</sup> esset ductus, parentes eorum ad sanctum antistitem<sup>4</sup> Aydum venerunt, miseriam suam allegantes<sup>5</sup> et dicentes: «Ecce nos miseri, duobus filiis nostris orbati sumus. Nam unus occidit alterum, et ipse occisor ad regem ut occidatur ductus est. Succurre ergo miserie nostre.» Quorū p̄ecibus pius pater inclinatus, perrexit ad regem ut vinculum liberaret. Rex vero tunc erat<sup>6</sup> in insula quadam, qui suis mandaverat ut episcopum Aydum nequaquam<sup>7</sup> intrare permetterent. Hoc quoque vir sanctus intelligens<sup>8</sup>, in nomine illius qui siccis super undas maris<sup>9</sup> ambulavit pedibus, super aquas ascendit, et sic ad insulam siccis pedibus pervenit. Videns autem rex tantum miraculum per virum Dei perpetratum, resistere amplius non valuit, quin hominem ei concederet.

**26.** Crudelis quidam et infelix homo occidit virum unum iuxta currum sancti Aydi episcopi. Cui auriga eius increpans dixit: «Pereat manus tua et cadat de te in terram.» Cui sanctus Aydus dixit: «Huic viro misero bene fecisti. Nam in hac hora mortuus eset, nisi tu cum impatientia sermonem hunc<sup>1</sup> dixisses. Quando enim <homino<sup>2</sup>> vult suam iniuriam vindicare, Deus non vult vindicare illam. Quia ergo hunc sermonem vindicie causa dixisti, dedit Deus illi inducias unius anni. Unde, completo anno, infelix ille morietur.» Quod totum est completum sicut propheta Dei predixerat<sup>3</sup>.

**27.** Quidam regulus de terra dedit cuidam sancte femine quoddam aureum instrumentum, quod spintrum vocant, ad custodiendum, et hec<sup>1</sup> prope eum<sup>2</sup> vir habitabat<sup>3</sup>. Cui cum dampna quidam male voluntatis inferre scrutans subpelletilem eius, ac illud<sup>4</sup> instrumentum inter alia reperiens, in mare, ut ipsa contunderetur, proiecit. Tunc illa in angustia posita ad sanctum Aydum properavit, narrans<sup>5</sup> ei quod factum fuerat. Tunc homo Dei Deum oravit, et confessus angelus Domini de mari profundo aureum illud instrumentum ad episcopum portavit, quod ipse mulieri condonavit.

**28.** Alio quoque tempore pervenit homo Dei ad regulum quandam, ut de manibus eius virginem unam, quam captivam habebat, liberaret. Sed rex non concessit eam, dicens quod nullo modo dimitteret eam. Cui ait sanctus: «Si visderes faciem suggestoris<sup>1</sup> tibi hoc malum et docentis te in aere sermonem quem dicis, tu cito dimittes mihi puellam.» Et respondens rex ait: «Si video speciem illius, statim dimittam eam.» Cui sanctus ait: «Non poteris sustinere faciem illius pre sua turpitudine, si ostenderetur tibi.» Rex tunc ait: «Dimittam tibi ancillam, si mihi ostendis faciem illius inimici<sup>2</sup>.» Tunc sanctus signo crucis signavit eos et

ostendit eis hostis antiqui speciem. Quam ut<sup>3</sup> omnes viderunt, exterriti sunt valde et facti sunt velut mortui, et vix orationibus sancti viri erant confortati. Et sic rex turbatus ancilam dimisit liberam.

**29.** Simili modo, cum sanctus antistes Aydus intraret domum cuiusdam hominis, ecce mulieres parabant pro se pulmentum. Que videntes homines ex improviso super se venisse, pulmentum in quadam angulo domus absconderunt. Tunc pater familias adveniens gavisus est valde de adventu tanti hospitis in domum suam. Cumque vir Dei intentissime respiceret locum ubi abscondebatur pulmentum, dixit ei hospes: «O sancte Dei, quid in illa parte domus sic sollicite vides?» Cui sanctus ait: «Noli inquirere.» Sed cum instanter quereret, dixit ad eum antistes: «Mulieres fecerunt sibi pulmentum, quod in adventu nostro absconderunt. Et modo sunt multi demones lambentes illud et ludentes in illo.» Tunc hospes ait: «Ostende mihi, si placet, ubi sunt, ut videam eos.» Et ait sanctus: «Noli E querere ut video species demonum, quia nimis dire sunt.» Sed cum ille importune eum pulsaret ut videre valeret, ostendit ei illas horribiles species. Quas ut homo vidit cum suis, commutata est facies eorum et fere mortui sunt, nisi orationibus hominis Dei fulcirentur.

**30.** Quodam alio tempore, cum sanctus Aydus elevaretur in curru suo cum equis trans quosdam saltus, dixit aurige equorum: «Pone caput tuum in sinum meum, et oculos non aperias donec dicam tibi.» Quod cum auriga fecisset, audiens sonitum frondium arborum resonantium ad currum, oculum pre admiracione aperuit, et statim perdidit visum. Cui sanctus ait: «Quare contra preceptum meum oculum tuum aperuisti?» Et tunc dans signum salutifere<sup>1</sup> crucis super oculum, statim sanatus est.

**31.** Erat quidam regulus in terra Momonie qui ancillam unam sancto Dei liberare nobebat<sup>1</sup>. Cumque sic de potentia sua considereret et Deum pre oculis non haberet, divina ultione percussus lumen oculorum suorum amisit. Et quia vexatio solet dare intellectum ad emendacionem delicti, ipse penitentiam<sup>2</sup> de sua culpa egit atque ancillam liberar dimisit, ac multis oblationibus et agros sancto antistiti<sup>3</sup> dedit. Et quia prouior est Deus ad miserandum quam ad condemnandum, aperti sunt oculi eius.

**32.** A quodam alio rege simili modo petivit unam ancillam libertati dimitti, sed non optinuit. Reges enim semper erant sibi immates, sed divina virtute ei obedire cogebantur. Videns autem homo Dei quod nullo modo impetrare eam valuisse<sup>1</sup>, ait ei: «Filia, sequere me quando de domo exiero.» Exeunte vero domum viro Dei, nemo vidit eam cum eo euntem.

**33.** Fuit quidam homo infelix qui arte magica delusiones

Cf. Apoc.  
12, 9 et  
20, 2.  
Cf. Matth.  
28, 4.

itemque  
alia vice  
I, 35; III, 26.

daemones  
de peccato  
gaudentes.

Per aerem  
cum  
curru suo  
transfertur.  
I, 36.

Rex sancto  
resistens  
caecitate  
percussus.  
I, 37; III, 27.

Cf. Isai.  
28, 19.

Ancillam  
libertati  
restituit.  
I, 38; III, 28.

<sup>4</sup> (a. i.) ut aliud R 2. — <sup>5</sup> narras R 1.  
<sup>28</sup> — <sup>1</sup> sugerentis R 2. — <sup>2</sup> inimici illius R 2.  
— <sup>3</sup> bis R 2.

**30.** — <sup>1</sup> salutis fere R 2.

**31.** — <sup>1</sup> volebat R 2. — <sup>2</sup> penitentia R 1. —

<sup>3</sup> antisti codd.

**32.** — <sup>1</sup> voluisset codd.

homines

*manifestat.* homines deludebat, ita quod per medium<sup>1</sup> arboris videbatur pertransire. Cum autem a viro Dei signatus esset signo crucis, aperti sunt oculi eorum, et viderunt fallacem hominem curvatum circa lignum et non transire valentem<sup>2</sup>. Et qui prius homines alios<sup>3</sup> deludebat, ipse post ab aliis deludebatur.

*Homicidae*  
*divinitus*  
*muletati.*  
1, 40; III, 29.  
*Cf. Matth.*  
19, 22.  
*Puellas*  
*sabbato*  
*vespere*  
*caput*  
*lavantes*  
*Aidus*  
*punit.*  
1, 41; III, 30.  
*Cf. Luc.*  
6, 2.  
*Curru*  
*per aera*  
*transfertur.*  
1, 42.  
*Latrones*  
*immobiles*  
*facti*  
*et conversi*  
*ad paenitentiam.*

34. Malefactores quidam occiderunt aurigam sancti presulis in via quadam que Assal dicitur. Sanctus autem abiit tristis per viam suam usque ad aliam partem campi, qui Midensium dicitur campus; et sedens ibidem, venit ad eum angelus Domini dicens ei: « Nisi cito venisses de loco sanguinis effusi, terra degluttisset illos novem viros qui tuum occiderunt ministrum, et turris ignea ibidem esset accensa, que inextingibilis<sup>1</sup> usque ad diem iudicii perduraret. Morte tamen pessima nona die peribunt illi novem crudeltes viri. »

35. Nocte dominice diei, videns vir<sup>1</sup> Dei quasdam mulieres capita lavantes, increpavat eas dicens: « Sabatum est, non licet laborare. » Contempnitibus ergo mulieribus iussi sancti patris, ut cuperint, capita sua laverent. Mane vero de sompno surgentes, omnes capilli capitum suorum occiderunt, ita quod nullus capillus remansit. Tunc puelle flentes atque comas suas lugentes rogaverunt sanctum antistitem ut eis in hac miseria succurseret. Videns misericors pater eas redire ad cordis contritionem super transgressionem quam fecerunt, benedixit eis aquam dicens: « Ignominiam<sup>2</sup> vestram hodie portate, et quia dies dominicus est non licet vobis capita ex hac aqua lavare. » Cumque crastino die capita sua ex illa aqua abluisset, ecce novis comis earum<sup>3</sup> capita mirabiliter sunt vestita atque ornata.

36. Alio tempore cum vir Dei esset in aquilonali parte provincie, que tunc terra Nepotum Neyl dicebatur, vidi in spiritu quasdam fore<sup>r</sup> actores<sup>1</sup> devastantes ecclesiam cui ipse preerat in terra Momonie, cui nomen Enach Mithbren erat. Et mandauit aurige ut celeriter currum pararet ad iter. Cumque currum ascenderent, dixit sanctus puer: « Inclina caput tuum sub cuculla mea, et ne aliquid respicias. » Tunc currus cum equis in aera sursum rapitur, et in momento unius hore pervenerunt ad locum desideratum. Et tunc, Domino operante per suum sanctum, duo duces sathanice turbe que locum viri sancti devastaverunt, terre adheserunt; nec poterant pedem vel manum movere plus quam ymagines lapidee vel lignee. Hui autem sic animo et corpore suspensi, ut viderunt virum Dei ad se venientem, veniam petierunt, se et sua<sup>2</sup> optulerunt. Et facta pace cum hiis quos ante ibi lesrant, restituti sunt sue sospitati. Et ipse vir sanctus iterum regressus<sup>3</sup> ad fines Nepotum Neyl ad locum suum.

*Hydromeli* 37. Post obitum sancti presulis Aydi hoc mira-

culum factum est in eius nomine<sup>1</sup>. Fuit homo quidam fidelis in terra Momonie, qui multum sanctum Aydum episcopum amabat in vita sua. Hie preparavit cenam regulo terre illius ubi manebat. Preparato igitur liquore ad festum, nulla arte potuit fermentari. Quod videns pater familias, in se multum turbatus fuit, nesciens quid in adventu tanti hospitis proximantis responderet. Tunc, Spiritu instigante, festinavit ad Crucem sancti episcopi Aydi, que fuit in propinquuo loco, ubi vir Dei magnum antea miraculum fecit. Et ibi Deum ac sanctum suum devote orans et lignum illius crucis abradens et secum portans, invocato sancto Aydo episcopo, licori commisicut. Et statim ut tetigit<sup>2</sup> vassa, liquor in omnibus vasis fervescens defluat in terram. Et quod mirabilius est, vinum factum est optimum.

38. Fuit quidam clericus fidelis apud ecclesiam viri sancti<sup>1</sup> que Enach Mydren dicitur, qui reliquias sancti Aydi ab illo loco transferre voluit<sup>2</sup>, ne essent ibi inter peccatores. Portans igitur sanctum pignus harum reliquiarum secum, ignorantibus ceteris, imposuit eas humeris cuiusdam pueri et perrexit ad silvam propinquam, ubi quadam necessitate compulsus depositus sacram onus. Reversus igitur ad locum, nullo modo moveo eas valuit. Tunc alio<sup>3</sup> accessito, nec ambo valuerunt moveare. Ex hoc igitur miraculo perceperunt, quod contra voluntatem ipsius sancti fuit translatio ossium suorum de loco suo. Consilio ergo inito, idem puer ut onus leve portavit sacra illa ossa usque ad primum locum suum.

39. Quodam tempore venit vir iste sanctus ad visitandum sanctum Riocum qui fuit sancti Patricii nepos. Erat enim filius sororis eius. Qui cum cum magno gaudio hospicio suscepit. Et cum esset tempus quadragesimale, non habens aliam escam quam coram hospitiis apponere, apposuit carnes. Omnia enim munda mundis credebat. Has ergo escas sanctus Aydus cum gratiarum actione su<sup>r</sup>s cipiens benedixit, et de carnibus facti sunt pisces<sup>1</sup> et panes<sup>2</sup> et favus mellis.

40. Alio tempore venit sanctus Aydus ad Dynicum Dromma Rathe<sup>1</sup>, qui cum devocatione<sup>2</sup> eum suscepit. Sed quod<sup>3</sup> coram tanto hospite de cibis apponere, nisi aquam et holera, non habebat, supra modum doluit. Hec videns sanctus episcopus Aydus, coquinam licet vacuam intravit, ac in nomine largiflue divinitatis benedixit. Reddiens vero ad fratres ait: « Surgat qui ministrare fratribus debet, et ferat cibos quos Dominus<sup>4</sup> eis contulit. » Intrans vero minister locum, reperit coquinam omni genere cibi plenam. De quibus fratres refecti laudabant<sup>5</sup> Deum et suum honorabant sanctum.

41. Quodam alio tempore, sanctus iste perrexit ad visitandum sanctum Molassium<sup>1</sup> ab-

VITA II  
*fervescit*  
I, 43.

*et in*  
*vinum*  
*mutatur.*

*Reliquiae*  
*Aidi*  
*transferri*  
*non*  
*possunt.*  
I, 44.  
*Cf. Sap.*  
4, 10.

*Sanctus*  
*carnes*  
*in alios*  
*cibos*  
*convertit.*  
I, 45; III, 31.

Tit. 1, 15.

*Cf. Luc.*  
24, 42.  
*Cibi*  
*miraculo*  
*dati.*  
I, 46; III, 32.

*Lignum*  
*ingens*

33. —<sup>1</sup> ante corr. dimidium, post corr. midium R 2. —<sup>2</sup> valentem scriptum post cetera in spatio relicto ead. man. ut videtur, sed minoribus litteris in R 1; om. R 2. —<sup>3</sup> aliquos R 2.

34. —<sup>1</sup> sic cod.

35. —<sup>1</sup> sanctus add. R 2. —<sup>2</sup> ignorantiam codd. —<sup>3</sup> eorum codd.

36. —<sup>1</sup> forefactores codd. —<sup>2</sup> et se sua R 1. —<sup>3</sup> sic codd., omissa voce est.

37. —<sup>1</sup> (factum - nomine) est in e. n. factum R 2. —<sup>2</sup> tetege R 2.

38. —<sup>1</sup> Dei R 2. —<sup>2</sup> (t. v.) tusferre velut (sic) R 2. —<sup>3</sup> aliquo R 2.

39. —<sup>1</sup> pisces R 2. —<sup>2</sup> pane R 2.

40. —<sup>1</sup> (D. D. R.) Dynotum Droma Rathe R 2. —<sup>2</sup> devote R 2. —<sup>3</sup> sic cod. —<sup>4</sup> ei add. R 1. —<sup>5</sup> laudaverunt R 2.

41. —<sup>1</sup> Malachium R 1; Molassius R 2.

-batem

VITA II  
suo  
imperio  
transfert.  
I, 47; III, 33.

Cf. Eccl.  
39, 19.

Locus  
aptum ad  
monasterium  
condendum,  
I, 48; III, 34.

invito  
domino,  
mirabiliter  
sibi  
arrogat.

Cf. Luc.  
10, 42.

batem de Dam Ynis<sup>2</sup>. Sic enim vocatur locus ubi ipse morabatur. Et cum insulam que sic vocabatur intrasset, invenit fratres variis labo-ribus occupatos, vepres scilicet et arbores magna evellentes<sup>3</sup>, ut sic terram aptam cultoribus aptarent. Tunc sanctus Aydus, cupiens parti-cips fori laborantium, ait ad abbatem: « Quid operis faciam cum fratribus? » Et dixit ei Mo-lasius<sup>4</sup>: « Opus tuum erit ut hoc grande lignum deponas. » Erat autem ibi ingens lignum super terram iacens, quod nullo modo a fratribus potuit amoveri. Tunc Aydus precepit in nomine Domini ligno ut discederet. Et statim elevans se in altum velut avis volans, silvasque ante se prosternens, proiecit se in stagnum propinquum. Fratres vero hoc videntes miraculum, Deum in suis operibus benedicebant.

**42.** Volens beatissimus iste Aydus cultum Dei ampliare, proposuit in quadam loco ecclesiam erigere. Et ait ad eum angelus Domini: « Si in isto loco manere volueris, erit hic tumultus secularium et modicum lucrum animarum. » Tunc dixit sanctus ad angelum: « Et ubi est locus in quo habitare valeam? » Et angelus ad eum: « Locus ille, in quo dives hic propinquus tuus inhabitat, datus est tibi a Deo tuo. De illo enim loco multe anime migrabunt<sup>1</sup> ad celum. » Audivit quoque dives a quadam mago, quod domum suam ac possessionem cuidam clericorum advenienti relinquenter, et ideo hostia atrii sui diligenter claudi iussit, ne sanctus Aydus in domum suam intrasset. Sed cui homo claudere portas conabatur, Deus aperiere nitebatur. Uno enim dierum, nemine sciente aut vidente, ipse sanctus Aydus in castrum intravit. Quem ut hospi-tes intrare prospexit, velut a facie tigris<sup>2</sup> cuncta de-vorantis fugit. Sed quia a facie cuncta regentis non potuit ire vel fugere, confestim in via qua fugit manu Cunctipotens tactus decidit ipse <in<sup>3</sup>> gravem infirmitatem carnis. Quod vir Dei in spiritu intelligens, ait suis: « Ite et adducite illum infirmum ad me. » Et cum adductus esset, ait illi sanctus: « Crede, homo, in Deum et age de peccatis tuis penitentiam. » Et cum homo ad plenum hoc fecisset, ait iterum ad eum sanctus: « Elige tibi modo quod vis: utrum nunc ad regnum celorum ire valeas, an ulterius hic cum tuis vivere queas? » Ille vero optimam cum Maria partem eligens, viatico salutari accepto, obiit beatus<sup>4</sup>.

<sup>2</sup> Damh Ynis R 2. — <sup>3</sup> eullentes codd. — <sup>4</sup> sic codd.

**42.** — <sup>1</sup> prius mirabunt R 1, litt. g sup. lin. — <sup>2</sup> igris codd. — <sup>3</sup> om. codd. — <sup>4</sup> sanctus R 2.

**43.** — <sup>1</sup> hoc codd.

**44.** — <sup>1</sup> Momoniensium R 2. — <sup>2</sup> pistifer R 1. — <sup>3</sup> sic codd.

**46.** — <sup>1</sup> excidit Dei vel sancti ex utroque cod. — <sup>2</sup> (s. u. d.) s. d. u. codd. — <sup>3</sup> sic codd., lege habitans.

**43.** Quidam pirate de terra Francorum ad Hi berniam venientes, rapuerunt quandam virum egregium Finanum. Ad hanc<sup>1</sup> quoque liberacionem, ascendens vir sanctus currum, festinabat. Et quia nimis festinabitibus multa occurrunt im-pedimenta, ecce una rota currus eius confracta est. At ubi humana potentia non potuit pre-stare subsidium, divina presto fuit. Sola enim altera fulciebat currum rota, usque quo vir Dei pervenit ad mare, ubi piratas invenit ventis non secundis retentos, qui numquam a portu rece-dere valuerunt, donec Finanum dimiserunt.

**44.** Quodam tempore in terra Momoniensium<sup>1</sup> cisterna quedam venenata inventa est, de qua fumus pestifer<sup>2</sup> egrediebatur, qui pestem homi-nibus et iumentis per circuitum inferebat. Tunc plebs illa sanctum Aydum unanimitate rogav-erunt<sup>3</sup> ut ab hoc periculo eos liberaret. Quorum precibus inclinatus, signum crucis super cister-nam ponens, nusquam fumus ille nocivus appar-uit.

**45.** Sed ad plenam non sufficimus huius sancti presulis bona opera ac miracula membranis com-mittere. Nullus enim narrare poterit eius per-fectam caritatem, miram humilitatem, inde-fessam pacientiam, modestam lenitatem, rigidam abstinentiam, orationis sedulitatem. Deficient enim prius scribentes manus et carta, quam eius miracula et gesta.

**46.** Promisit autem sanctus iste cuidam ex fratribus, ut simul secum irent ad celestia gau-dia. Unde hora exitus viri <Dei> ad celum dixit illi: « Para te, frater, ut secundum factam conventionem tecum pergas ad celum. » Illo autem, renidente et se imparatum protestante, ait rusticus quidam sancto: « Utinam, » dixit<sup>2</sup>, « mihi dices tecum sic ire ad celum! » Cui sanctus ait: « Si vis, lava te et pone te mecum in lecto hoc. » Et cum hoc fecisset, obiit simul cum sancto. Quod in spiritu videns sanctus Columba apud I insulam oceani habitasset<sup>3</sup>, dixit: « Fir-mum est opus quod nunc sanctus episcopus Ay-dus fecit. Ecce nunc peccatorem penas meren-tem, suis meritis et orationibus secum ducit ad celum. » Sanctus vero Aydus post Christum <cum<sup>4</sup>> suo latrone hodie migravit ad celum, ubi sine merore regnabit in eternum.

**Explicit vita sancti Aydi episcopi<sup>1</sup>. Cuius meritis deleatur culpa<sup>2</sup> scriptoris<sup>3</sup>.**

Virum  
a piratis  
captum  
liberat,  
I, 49.

Cisternam  
venenata  
salubrem  
redit.  
I, 50; III, 35.

Cf. Apoc.  
9, 2.

Aidi  
virtutes  
I, 51.

Peccatorem  
secum  
mortuam  
in caelum  
deducit.  
I, 52; III, 36.

Cf. Luc.  
23, 43.

A

D

## III. S. AIDI VITA TERTIA

*E codice Dubliniensis bibliothecae Marshiana Z. 3. 1. 5 (= M), collato cum codice Collegii Sanctissimae Trinitatis E. 3. II (= T) et editione Colganensi. Cf. Comm. praev. num. 4.*

**Incipit Vita sancti Edi<sup>1</sup> episcopi et confessoris<sup>2</sup> (1).**

**Aidi genus.** 1. Beatus Edus episcopus filius<sup>3</sup> Bricht<sup>4</sup> de nobiliori Hybernie<sup>5</sup> genere (id est de semine Cuind Ceteathaidh<sup>6</sup> (2), qui in<sup>7</sup> summa pace et maxima fertilitate<sup>8</sup> Hyberniam in Temoria viginti annis regnavit) oriundus fuit. Mater vero Edi episcopi de Mumenia<sup>9</sup>, id est de regione Muscray Tire<sup>10</sup>, orta est, que iam<sup>11</sup> erat satis nobilis. Cumque illa<sup>12</sup> esset vicina partui super sanctum Edum, quidam<sup>13</sup> propheta venit secus domum illius, et dixit ille suis: «Est mulier istius domus pregnans, cuius tempus ut pariat venit. Si igitur infans, quem in utero habet, eras nasceretur hora matutina, magnus esset coram Deo et hominibus, in celo et in terra; cuius nomen et memoria per totam Hyberniam maneret per seculum.» Hoc audiens quedam puella, illico<sup>14</sup> venit et retulit domine sue, incipienti tunc parturire<sup>15</sup>. Illa ait: «Vere<sup>16</sup> nisi per latera mea venerit<sup>17</sup>, non egredietur de<sup>18</sup> utero meo, donec illa hora veniet.» Et sedit<sup>19</sup> super<sup>20</sup> petram, mansitus in ea sedens usque ad horam matutinam contra dolores parturitionum. Hoc magnum mirabile fecit Deus in nativitate sancti Edi infantis; nam cum mater eius hora matutina fatigata esset, caput infantis super<sup>21</sup> petram cecidit<sup>22</sup>, et fecit concavum in ea<sup>23</sup> secundum similitudinem capitis; et usque hodie lapis ita cavatus manet, et aqua que sit<sup>24</sup> in eo concavo, languores omnium credendum<sup>25</sup> sanat. Et accepto baptismi lavacro, sanctus Edus in Mumenia<sup>26</sup>, in regione matris sue, ab infancia<sup>27</sup> sua<sup>28</sup> usque ad etatem iuvenilem in seculari habitu alitus est. Parentes enim suū volebant ut ipse secularis esset in vita sua; sed beatus puer Edus, spirante in eo divina gratia, conservavit se

*Prodigia  
in eius  
nativitate.*

*Cf. Luc.  
1, 15.*

**C**

integrum anima et corpore ab illicitis actibus<sup>29</sup> secularibus.

*Cf. Iac.  
1, 28.*

2. Quodam die ambulans beatus puer Edus solus in heremo, invenit<sup>30</sup> in quadam cellula secreta et remota insula duos sanctos seniores<sup>31</sup> abbates, silicet Brendanum Byrra et Cainnicum<sup>32</sup>, legentes evangelium sub umbra arborum; et loquentes sibi invicem sancti viderunt sibi proximantem<sup>33</sup> puerum<sup>34</sup>. Quem ut vidit sanctus Brendanus<sup>35</sup> surrexit in obviam eius, et cum gaudio suscepit eum. Sanctus autem Cainnichus<sup>36</sup> increpavit beatum Brendanum, eo quod in adventu ignoti pueri<sup>37</sup> surrexit. Cui sanctus Brendanus ait: «Nonne tu, Cainnich, vides cum eo quod ego video?» Sanctus<sup>38</sup> Cainnichus<sup>39</sup> dixit: «Vere nichil ego<sup>40</sup> video cum eo.» Brendanus ait: «Ecce ipse est plenus gratia Spiritus sancti, et exercitus angelorum comitatur eum undique; quamvis est hodie puer secularis, tamen episcopus sanctus et magna columpna ecclesie erit.» Postea sancti et beatus puer Edus benedixerunt se invicem (3), et cum gaudio ipsi<sup>41</sup> reversus est<sup>42</sup> ab eis.

*Adolescens  
obvios  
habet  
Brendanum  
Birrensem  
et Can-  
nechum.  
I, 2; II, 2.*

3. Beatus puer Edus a nullo magistro est doctus<sup>43</sup> in puericia sua in liberali arte, nec in literis eruditus, necque in regulis ecclesiasticis limatus est, usque ad tempus adolescentie<sup>44</sup> sue; sed, sicut superius diximus, inter plebeos<sup>45</sup> homines integer<sup>46</sup> corpore et anima Dei gratia nutritus est in Mumenia<sup>47</sup>. Cum igitur esset adolescentes, perrexit ad patrem suum, regionem Midhi<sup>48</sup>, ut partem de paterna<sup>49</sup> hereditate quereret. Sed fratres sui nullam partem dederunt ei; nam inter se statim post obitum patris eorum, ipso puer in aliena patria manente, divisserunt. Sed hoc cognitis suis<sup>50</sup> dispergit. Hoc videns beatus iuvenis Edus, quandam puellam, filiam cuiusdam hominis potentis, rapuit secum ad

*Eius  
educatio.  
I, 3; II, 3.*

*Heredi-  
tatem  
paternam  
obtinere  
naturit;*

F

**Lemma.** —<sup>1</sup> Aidi hic COLG. sed ut plurimum Aed-. —<sup>2</sup> Aedh mac Brie meic Cormaic meic Cri <cm>thaing meic Fiachach meic Neill Nai-g <h>iallaigh add. M alia man.

1. —<sup>3</sup> om. COLG. —<sup>4</sup> Bric T; Breci COLG. —<sup>5</sup> Hibernia T. —<sup>6</sup> Chedchat T; (C. C.) Conn Kedchathhaig COLG. —<sup>7</sup> caritate T. —<sup>8</sup> Memoria hic et ubique T; Momonia COLG. —<sup>9</sup> (M. T.) Muscraigae-Thiri COLG. —<sup>10</sup> etiam COLG. —<sup>11</sup> mater eius COLG. —<sup>12</sup> ultra COLG. —<sup>13</sup> veniet COLG. —<sup>14</sup> sic M, T. COLG. —<sup>15</sup> illa add. T. —<sup>16</sup> super (vel supra?) T; supra COLG. —<sup>17</sup> super (vel supra?) T. —<sup>18</sup> (s. p. c.) c. supra p. COLG. —<sup>19</sup> (i. e.) om. COLG. —<sup>20</sup> (i. e.) accendentium

(1) Vix quicquam superest quod explanatione dignum esse videatur; quippe omnia fere quae dicenda erant, loco Vitae I qui cuique capitulo huius recensionis respondet iam annotavimus. Ideo satius esse arbitramur in margine hic ascribere numerum capitolorum primae alteriusque Vitae ubi eadem narrantur. — (2) Hic genetivus est nominis Conn sive Conn, cognomine Céchathach, hoc est έκατοντάπατος, vel qui unus centum hominum impetu sustinere pot-

erat; cognomen et intellegi et verti solitum est a centum praeliis<sup>2</sup>, sed perperam, ut ostendit PLUMMER, *Vita Sanctorum Hiberniae*, t. II, p. 353, col. 1, i. v. Cond Cetachach. Hunc Hiberniam rexisse altero post Christum saeculo trigesima quinque annos alii ferunt, alii viginti; vid. COLGAN, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 422, col. 2, annot. 4. — (3) Hoc est, inter se salutaverunt vel valedixerunt. Benedicere enim gadelice idem est ac salve et vale dicere.

Momeniam

COLG. —<sup>21</sup> Mumonia COLG. —<sup>22</sup> infancia (i prior sup. lin. corr.) T. —<sup>23</sup> om. T.

2. —<sup>24</sup> invenit M; inuenit T. COLG. —<sup>25</sup> et add. T. —<sup>26</sup> (B. B. et K.) Brandanum Birra et Kannicum T; S. Brandanum Birrae et Cainnicum COLG.

—<sup>27</sup> (s. p.) se appropinquanter COLG. —<sup>28</sup> sup. lin. corr. T. —<sup>29</sup> Brand- COLG. et sic infra.

—<sup>30</sup> Kannicus T et sic porro; Cainnicus COLG.

—<sup>31</sup> (i. p.) p. i. COLG. —<sup>32</sup> beatus T. —<sup>33</sup> Cannicus COLG. —<sup>34</sup> (n. e.) prius bis scriptum M. —<sup>35</sup> om. COLG. —<sup>36</sup> (r. e.) e. r. COLG.

3. —<sup>37</sup> eductus COLG. —<sup>38</sup> adolencie ante corr.

M. —<sup>39</sup> sic M, T. —<sup>40</sup> sup. lin. corr. M; om. COLG.

—<sup>41</sup> Mumonia COLG. —<sup>42</sup> Mediae COLG. —<sup>43</sup> om. COLG.

## VITA III

Momeniam<sup>8</sup>, ut per hanc iniuriam fratres sui afflicti, hereditatem suam sibi darent pro illa puella. Rapta puella, venit Edus cum suis comitibus secus monasterium sancti episcopi Ilundi<sup>9</sup>, qui relinquens seculum monachos regebat. Vidensque<sup>10</sup> sanctus senior<sup>7</sup> Ilundus episcopus foris Edum intervallo a turba remotum, et<sup>7</sup> angelos Dei cum eo, ait uni de discipulis suis : « Vade, et die illi adolescenti, qui est separatum in itinere<sup>11</sup>, ut ad me paulisper declinet. » Audiens beatus Edus nuncium sancti Dei, humiliiter venit ad episcopum. Qui dixit ei<sup>12</sup> : « Quare queris, fili, per vim hereditatem paternam<sup>13</sup> terrenam<sup>14</sup>? Ecce enim habes patrem, cuius hereditas est celum et terra, omnesque creature; qui dabit tibi hereditatem multo maiorem et meliorem in celo. Noli ergo per iniuriam querere mortalium<sup>15</sup> terram, sed hanc dimittre puellam ad parentes suos liberam, et pone collum tuum sub iugo Christi. » Respondit ei beatus Edus dicens : « Quodcumque<sup>16</sup> dixeris mihi, pater, ego<sup>7</sup> sum paratus<sup>17</sup> facere. » Et tunc remissa est puella ad domum suam; et omnia que beatus Edus in seculo habuit, voluntario animo reliquid, et mansit ipse cum sancto<sup>18</sup> Ilundo in monasterio suo, omnibus iussionibus eius obediens, et litteras et scripturas apud eum assidue<sup>19</sup> addidens<sup>20</sup>.

*sed suadente S. Ilundo, divitias renuntians,*

*eidem sancto episcopo adhaeret,*

*et ex oboedientia arandi opus suscepit. I, 4-7; II, 4.*

*Bovis defectus miraculo suppletur itemque vomeris.*

*Auctore S. Ilundo ab eo secedit*

**C** 4. Alio die sanctus suus magister beato Edo dixit<sup>1</sup> : « Fili, quia fratres sunt occupati in aliis<sup>2</sup> rebus, perge ad arandum nobis hiis diebus. » Respondit beatus puer Edus : « Omni tuo imperio ero obediens. » Quadam die venit ad eum quidam nuncians ei unum bovem defusisse sibi<sup>3</sup> in aratro<sup>4</sup> suo. Tunc beatus Edus, misertus indigentem, dixit precedenti aratrum pueru : « Resiste<sup>5</sup> interim, frater. » Ille expectans, pius Edus<sup>6</sup> solvit bovem de suo aratro, deditque illum indigentem. Ipse iam postea<sup>2</sup> in tribus bovinis arabat; et bos ex una parte iugum portabat, et <ex<sup>7</sup>> altera parte potestas divina iugum mirabiliter sustinebat<sup>8</sup> et trahebat. Simili modo cultrum suum sanctus Edus alii indigentem<sup>9</sup> homini<sup>10</sup> dedit; et ipse postea sine cultro cepit arare, sed divina potencia terram ante eum scindebat. Tanta miracula videns sanctus episcopus Ilundus per beatum Edum alumpnum suum facta, dixit ei : « O<sup>2</sup> fili, magna miracula facis; ideo debes magister esse, et non discipulus. Vade igitur ad regionem matris tue, et construe ibi in Christi honore cellam. » Re-

spondit sanctus Edus, dicens : « Oportet me, pater, facere si quid iussiseris. » Tunc beatus Edus cum quibusdam discipulis sibi<sup>11</sup> assignatis perexit, et fundavit monasterium, quod vocatur Enach<sup>12</sup> Midbreuin; ibique mansit multo tempore, et magnas virtutes fecit.

5. Congregavit aliquando<sup>1</sup> rex Mumenie<sup>2</sup> magnum exercitum, volens ut Nepotes Neill redigeret ad regnum suum. Hoc audiens rex Neill, perterritus<sup>3</sup> est; et colligens ipse exercitum, misit sanctum Edum, ut illius anni pacem rogaret inter maternam et paternam gentem<sup>4</sup>. Sed sanctus Edus pergens ad castra Mumenensis<sup>5</sup>, rota currus sui in via plana fracta est; et currus altera rota sine impedimento currebat sub sancto Dei, suffultus nutu divino<sup>6</sup>. Turbe hoc valde<sup>7</sup> admirantes, sanctum Dei cum gloria et honore receperunt<sup>8</sup>; sed tamen pacem a rege non potuit<sup>9</sup> impetrare. Et reiens sanctus Edus a rege ingratius, ilico carus regis consiliarius mortuus est, et terra deglutivit duos equos suos. Tunc rex, timore perterritus, revocavit sanctum Edum, et exiens in obviam sancti, tribus vicibus prostravit se ad terram coram viro Dei. Et ait vir sanctus regi : « Tres reges de semine tuo erunt. » Ait rex ei : « Habes, pater, pacem huius anni. » Semper, ait sanctus, « habebo<sup>10</sup> pacem a te, quia potestas tua non maius crescat<sup>11</sup>. » Et rogatus sanctus Edus a rege et populo eius<sup>1</sup>, suscitavit virum illum et unum equum; alterum vero equum dimisit in terra, et replevit stagnum aque illum locum<sup>12</sup>, quod scotice vocatur Loch Gabre<sup>13</sup>, latine<sup>14</sup> vero Stagnum Equi<sup>15</sup>. Tunc a multis nomen Christi per sanctum Edum magnificatum est<sup>16</sup>.

6. Post hec sanctissimus Edus<sup>1</sup> vocatus est ad regionem Midi<sup>2</sup>, patriam suam, et ordinatus est episcopus; et aliquando in Mumenia<sup>3</sup> adhuc conversabatur<sup>4</sup> et cellas et monasteria in ultraque regione edificavit. Habens quodam die sanctus episcopus plures messores, pluvia magna descendit super<sup>5</sup> terram; sed nulla gutta pluvie cecidit in segete sancti Edi<sup>6</sup>, et videbantur gutte hue atque illuc sparse evitare<sup>7</sup> segetem, quasi aliquid timoris haberent. Et<sup>8</sup> videntes hoc miraculum gratiam Christi cum Edo magnificabant.

7. Quidam dives in Mumenia<sup>1</sup> carus amicus erat sancto episcopo, qui multas oblaciones et terram ei obtulit<sup>2</sup>. Cui promisit<sup>3</sup> sanctus pontifex Edus, dicto rogante, sacrificium<sup>4</sup> dare,

*sibique monasterium condit.*  
Cf. Ruth 1, 8.

*Pacem a rege sua gente petitur,*  
I, 8-9; II, 5.

*iter confici curru una rola suffulto.*

Ps. 8, 6.

*Rex ob pacem negotiam punitur, sed facti paenitet.*

In Midiam projectus,  
Aidus ordinatur episcopus.

Messoribus sancti pluvia parcit.  
I, 10; II, 6.

*Amicum mortuum resuscitat*  
I, 11; II, 7.

<sup>7</sup> om. COLG. — <sup>8</sup> sic M; Mumoniam COLG. — <sup>9</sup> Il- land- et sic porro COLG. — <sup>10</sup> que om. COLG. — <sup>11</sup> itinere T. COLG. — <sup>12</sup> om. T. — <sup>13</sup> in marg. M; (h. p.) p. h. T. — <sup>14</sup> (filii - terrenam) filii parvam ha- ereditatem paternam per vim terrenam COLG. — <sup>15</sup> mortalem COLG. — <sup>16</sup> quaeunque COLG. — <sup>17</sup> (s. p.) p. s. COLG. — <sup>18</sup> beato COLG. — <sup>19</sup> (a. e. a.) assidue apud eum T; (a. e. a.) om. COLG. — <sup>20</sup> discens T.

